

*Sicut rodens omni albo a scriba  
toris ipsa de Agitato duno tui*

## ERASMI ROTERODAMI

*μωσίας ἐρκάνιον, id est Stultitiae  
laus, Libellus vere aureus,  
nec minus eruditus, &  
salutaris, q̄ festiuus,  
nuper ex ipius au-  
toris archetypis  
diligentissime  
restitutus.*

*Maria ergo est  
prohibita*



*Concordia libellorum*

(1544)

ERASMVS ROTERODAMVS  
THOMAE MORO SVO  
S. D.

Vperioribus diebus cum me ex Italia in  
Angliam recipere, ne totū hoc ipsū, quo  
equo fuit insidēdū, & illitera  
tis fabulīs tereretur, malū mecum aliquo  
ties vel de cōmūnībus studiīs nostrīs aliquid agitas  
re, vel amicorū (quos hīc vt doctissimos, ita & suas  
uissimos reliquerā) recordatione frui. Inter hos tu mi  
More vel in primis occurrebas. Cuius equidē absen  
tis absens memoria, non aliter frui solebam, q̄z præ  
sentis presens cōsuetudine consueverā, qua disperes  
am, siquid vñq̄z in vita contigit mellitus. Ergo quo  
niā oīno aliquid agendū duxi, & id tempus ad se  
riam cōmentationē parum videbat accōmodatum,  
vīsum est Morī encomion ludere. Quē Pallas istuc  
tibi misit in mentem īquies: Prīmū admonuit me  
Morī cognomē tibi gentile, quod tam ad Morīa vo  
cabulū accedit, q̄z es ipse a re alienus. Es aut̄ vel oīm  
suffragiis alienissimus. Deinde suspicabar, hunc in  
genij nostri lusum, tibi præcipue probatū iri, propte  
rea quod soleas huius generis iocis, hoc est, nec indo  
ctis, ni fallor, nec vsquequaq̄z insulsis, impēdīo dele  
ctari, et oīno in cōmuni mortalitū vita, Democritum  
quendā agere. Quanq̄z tu quidem, vt pro singulari  
quadā īgenij tui perspicacitatem, longe lateq̄z a vul  
go dissentire soles, ita pro incredibili morū surauita  
te, facilitateq̄z, cum oīnibus, omniū horarum hoīem  
agere, & potes, & gaudes. Hanc igit̄ declamatiū



iam, non solum lubens accipies, ceu *ανημόσυνον* tui so-  
 Pignus autem  
 dalis, verum etiam tuendam suscipes, ut potest tibi dicata,  
 mile quid re-  
 iamque tua, non mea. Etenim non deerunt fortasse, viti  
 lictum apud  
 litigatores, qui calumniantur, partim leuiores esse nu-  
 illum nostrum co-  
 gas, q̄d ut Theologū deceantur, partim mordaciores, monefaciat.  
 q̄d ut Christianæ conueniant modestiae, nosque clamita-  
 bunt, veterē comoediā aut Lucianū quempiā referre  
 atque oīa mordicus arrīpere. Verū quos argumēti les-  
 uitas, & ludicrū offendit, cogitent velim, nō meum  
 hoc exemplū esse, sed idē iam olīm a magnis autoris-  
 bus factitatū. Cum ante tot secula *βατραχομυσωμαχία*<sup>i.</sup> ap-  
 iuserit Homerus, Maro culicem, & Moretū, Nucem  
 Ouidius. Cum Busyrīdē laudarit Polycrates, & hu-  
 ius castigator Isoerates. In iustitiam Glauco, Thersi  
 ten, & quartanā febrim Fauorinus. Caluitium Syne  
 iuserit. Muscam & Parasiticā Lucianus. Cum Seneca  
 Claudij iuserit *αποδέωσις*. Plutarchus Grylli, cum  
 Vlysse dialogū, Lucianus & Apuleius asinū, & ne-  
 scio quis Grunnij Corocotta porcelli testamentum,  
 cuius & diuus meminit Hieronymus. Proinde si vis  
 debitur singat isti me laterūculis interim animi cau-  
 sa lusisse, aut si malint, equitas in arundine longa.  
 Nam quae tandem est iniqūitas, cū omni vitæ institu-  
 to, suos lusus cōcedamus, studiis nullū oīno lusum  
 permettere, maxime si nugae seria ducat, atque ita tra-  
 ctentur ludicra, ut ex his aliquāto plus frugis referat  
 lector, non oīno naris obesae, q̄d ex quorundam tetricis  
 ac splendidis argumētis? Veluti cū alius diu cōsar-  
 cinata oratiōe, rhetoriken, aut phīam laudat. Alius  
 principis alicuius laudes describit, alius ad bellū ad  
 uersus Turcas mouendū adhortatur. Alius futura



## MORIA ERASMI.

faltem illud meminerit, pulchrū esse a stultitia virtus  
perari, quā cum loquentē fecerimus, decoro personę  
seruiendū fuit. Sed quid ego hæc tibi, patrono tam  
singulari, vt causas etiā non optimas, optime tamen  
tueri possis? Vale disertissime More, & Moriam  
tuam gnaüter defende. Ex Rure, Quinto Idus Iu-  
nias.

## ENCOMIVM MORIAE ERAS- MI ROTERODAMI

Stultitia loquitur.

**V**TQ̄ de me vulgo mortales loquun-  
tur ( nec̄ em̄ sum nescia , q̄ male au-  
diat stultitia etiā apud stultissimos )  
tamē hanc esse, hanc inquā esse vnā,  
quā meo numine deos, atq̄ hoīes ex  
hilaro, vel illud abunde magnum est  
argumentū, quod sīmul atq̄ in hunc cōtū frequen-  
tissimum dīctura prodīj, sic repente omnium vultus  
noua quadā, atq̄ insolita hilaritate enītuerūt, sic su-  
bito frontē exporrexistis, sic lāto quodā & amabili Risus stulto-  
applausistis risū, vt mihi profecto quotquot vndiq̄ rum.  
præsentes intueor, pariter deorū Homerorum ne-  
ctare non sine Nepenthe temulenti esse videamini,  
cum antea tristes ac solliciti federitis, perinde qua-  
si nuper e Trophonij specu reuersi. Cæterū quemad  
modū fieri consuevit, vt cum primū Sol, formosum  
illud & aureū os terris ostenderit, aut vbi post aspes-  
ram hyemē, nouum ver, blandis aspirarit fauniis,  
protinus noua rebus oīibus facies, nouus color, ac

a iij

## MORIA

plane iuuēta quædā redeat, ita vobis me conspecta  
mox alius accessit vultus. Itaq; quod magni alioqui  
Rhetores, vix longa diuq; meditata oratiōe possunt  
efficere, nempe ut molestas animi curas discutiāt, id  
ego solo statim aspectu præstīti. Quāobrem aut hoc  
insolito cultu pdierim hodie, iam audietis, si modo  
non grauabimini dícēti præbere aures, non eas sane  
quas sacrī concionatorib; sed quas fori círculato  
ribus, scurrīs ac Morionib; consueuistis arrigere.  
Quasq; olim Midas ille noster exhibuit Pani. Lubi  
tum est em paulisper apud vos, Sophistā agere, non  
quidē huīus generis, quod hodie nugas quafdā ans  
xias īculcat pueris, ac plusq; muliebrē rixandi per  
tinaciā tradit. Sed veteres illos imitabor, qui quo in  
famem Sophorū appellationē vitarent, sophistā vo  
carī maluerūt. Horum studiū erat deorū ac fortium  
virorū laudes encomiis celebrare. Encomiū igitur  
audietis, nō Herculis, neq; Solonis, Sed meū ipsius,  
hoc est Stultitiae. Iam vero non huīus facio sapientēs  
istos, qui stultissimū & insolentissimū esse prædicāt,  
si quis ipse se laudibus ferat. Sít sane q; volent stul  
tum, modo decorū esse fateant. Quid em magis qua  
drat, q; vt ipsa Moria, suarū laudum sit buccinatrix,  
.i. Ipsa sui tibi & αὐτὴ ἐσεντῶ ἀλλ. Quis em me melius exprimat q;  
ipsa me? Nisi si cui sorte notior sim, q; egomet sum  
mihi. Quanq; ego hoc alioqui, non paulo etiā mode  
stius arbitror, q; id quod optimatū, ac sapientū vul  
gus factitat, qui peruerso quodā pudore, vel Rhetor  
rem quēpiam palponē, vel poetam vaniloquū subor  
nare solent, eūq; mercede conductū, a quo suas lau  
des audiant, hoc est mera mēdacia, & tamē verecun

# ERASMI.

dus interim ille, Pauonis in more pennas tollit, crista erigit cum impudens assentator nihil hoicem, dicit aequiparat, cum absolutum omnium virtutum exemplar proponit, a quo sciat ille se plusquam diuinae etiam ab aliis per oia esse. Cum corniculam alienis cōuestit plurimis. Cum ἡρακλεῖον λαμπάντι, denique cum ἐν μυίᾳ ἡρακλεῖον ταῦτα dealbat, Postremo sequor tritum illud vulgi proverbiū, quo dicitur recte laudare sese, cui nemo alius contigit elephantum laudator. Quanque hic interim demitor mortalium, in gratitudine dicam, an segniciē, quorum cum omnes me studiose colant, meaque libenter sentiant beneficentiam, nemo tamē tot iam seculis extitit, qui grata oratione Stultitiae laudes celebrarit, cum non defuerint, qui Busyrides, Phalarides, febres quartanas, muscas, caluitia, atque id genus pestes, accuratis magnaque, & olei & somni iactura elucubratis laudibus vixerint. A me extemporariam quidē illam, & illaborata, sed tanto veriore, audietis orationē. Id quod nolim existimes ad ingenij ostentationē esse confitū, quemadmodum vulgus oratorū facit. Nam ita, sicuti nostis cum orationē totis triginta annis elaborata, non nunquam & alienā proferunt, tamen triduo sibi quasi per lusum scriptam, aut etiam dictatā esse deierant. Mihī porro semper gratissimum fuit, σημεῖον ἔται γλωσσαν ἔλθοι dices. At ne quis ita a nobis expectet, ut iuxta vulgarium Rhetorum consuetudinem, meipsam finitiōe explice, porro ut diuidā, multo minus. Nam utrumque omnis est inauspicati, vel sine circumscribere eam, cuius numerum tam late pateat, vel secare, in cuius cultū, omne genus ita consentiat. Tametsi quorsum tandem attinget mei velut umbra, atque imaginē finitione repre-

i. quicquid in  
linguam uenit.

a iiiij

## MORIA

sentare, cū ipsam me corā præsentes præsentē oculis  
 intueamini? Sum etem vtī videtis, vera illa largitrix  
 i. bonorum. Quā Latini Stultitiā, Græci μωρία appellat.  
 Quanq; quid vel hoc opus erat dicere, quasi nō ipso  
 ex vultu fronteq; (quid aiunt) satis quæ sim præ me  
 ferā, aut quasi si quis me Mineruā, aut Sophiam esse  
 contēdat, non statim solo possit obtutu coargui, etiā  
 si nulla accedit oratio minime mēdax, animi specu  
 lum. Nullus apud me fucis locus, nec aliud fronte si  
 mulo, aliud in pectore premo. Sumq; mei vndiq; su  
 millima, adeo vt nec ī me dissimulare possint, qui  
 maxime Sapientiæ personā ac titulū sibi vendicat,  
 .i. Et in pura simiæ,  
 & in leonina asini, nam si  
 miæ vulgo habentur in  
 delitiis.  
 .i. Stultissimi.  
 ant. Proinde cū sīnt μωρότατοι, re, cæterum sophi ac  
 stulte sapiētes Thaletes videri velint, nōne iure optimo μεσοδοχες  
 illos appellabimus? Visum est em hac quoq; parte  
 nostri tēporis Rethores imitari, qui plane deos se  
 credūt, si hirundinū ritu bilingues appareāt, ac præ  
 clarū facinus esse ducāt, latinis orationibus subinde  
 græculas aliquot voculas, velut emblemata interte  
 xere, etiā si nunc nō erat his locus. Porro si desunt ex  
 otica, e putribus chartis, quattuor aut quinq; prisca  
 verba eruūt, quibus tenebras offundāt lectori, vide  
 licet, vt qui intelligūt, magis ac magis sibi placeant.  
 Qui non intelligunt, hoc ipso magis admiren̄t, quo  
 minus intelligūt. Quandoquidē est fane & hoc no-

# ERÄSMI.

stratiū voluptatū genus non inelegans , q̄ maxime  
peregrina, maxie suspicere. Quod si qui paulo sunt  
ambitiosores, arrideant tamē & applaudāt, atq; asī  
ni exemplo τὰ ἔτα κινῶσι, quo cæteris probe intellis-  
gere videātur, Καῦτα δὲ μεν ταῦτα. Nunc ad insti-  
tutū recurro. Nomen igitur habetis viri. Quid addā hæc.  
epithetis? Quid nisi stultissimi? Nam quo alio honestiore cognomē Mystas suos cōpellet dea Stultitia?  
Sed quoniā non perinde multis notū est, quo gene-  
re prognata sim, id iam musis bene iuuātibus expos-  
nere conabor. Mihī vero neq; Chaos, neq; Orcus,  
neq; Saturnus, neq; Iapetus, aut aliis id genus ob-  
soletorum, ac putriū deorum quispiā pater fuit. Sed  
τλετο ipse vnius vel inuitis Hesiodo & Homero,  
atq; ipso adeo Ioue πατήρ & νθρωπος τε θεῶντε. Cuius  
vnius nutu, vt olim ita nūc quoq; sacra prophanaq; minūq; des  
omia, sursum ac deorsum miscentur. Cuius arbitrio umq;  
bella, paces, imperia, consilia, iudicia, comitia, cons-  
nungia, pacta, foedera, leges, artes, ludicra, seria ( iam  
spiritus me deficit) breuiter, publica priuataq; omnia  
mortaliū negotia administrātur. Citra cuius opem  
totus ille poeticoū numinū populus, dicam auda-  
cius, ipi quoq; dū selecti, aut oīno non essent, aut cer-  
te ονόστη, saneq; frigide vicitarent. Quē quisquis qui domi ca-  
iratū habuerit, huic ne Pallas quidē satis auxiliū tu-  
lerit. Contra quisquis propiciū, is vel summo Ioui,  
cum suo fulmine mādere laqueū possit τέτρα παθος  
εὐχομαι εἰναι. Atq; hic quidē me progenuit non e ce-  
rébro suo, quemadmodū te tetricā illam, ac toruam  
Palladē Iupiter. Verū ex Neotete, Nympha multo  
oīm venustissima, pariter ac festiuissima. Neq; rur-

.i. Aures mo  
ueant.  
.i. hæc quidē.

a v

## MORIA

sum id, tristī illi alligatus coniugio, quomodo faber  
ille claudus natus est, verū quod non paulo suauius  
& οὐλόττη μιχθεί. Quemadmodū noster ait Homer  
rus. Genuit autē (ne quid erretis) nō Aristophanicus  
ille Plutus, iam capularis, iā oculis captus, sed quon  
dā integer adhuc calidusq; iuuēta, necq; iuuēta solū,  
verū multo magis nectare, quod tum forte in deorū  
cōuiuio largius ac meracius hauserat. Quod si locū  
quoq; natale requirītis (Quandoquidē id hodie vel  
in primis ad nobilitatem interesse putant, quo loco  
primos edideris vagitus) ego nec in erratica Delo,  
nec in vndoso mari, nec & τεινοι γλαφυροῖς sum edi  
ta, sed in iōpis insulis fortunatis, vbi ἀσπρα νέα ἀνά  
στα οἰα proueniūt. In quibus neq; labor, neq; seniū,  
neq; morbus est vllus, nec vsq; in agris Asphodelus,  
Malua, squilla, lupinūve, aut faba, aut aliud hoc ge  
nus nugarū conspīci. Sed passim oculis, simul atq;  
naribus ad blandiuntur Moly, Panace, Nepenthes,  
Amaracus, Ambrosia, Lotus, Rosa, Viola, Hiacyn  
thus, Adonidis hortuli. Atq; in his quidē nata delis  
tiis nequaq; a fletu sum auspicata vitā, sed protinus  
blande arrisi matri. Iam vero nō inuideo, οὐτε  
κρονίων caprā altricem, cū me due lepidissimæ Nym  
phæ suis aluerint māmis. Methè Baccho pgenita, &  
Apædia Panos filia. Quas hic quoq; in cæterarū co  
mitū ac pedissequarū meaq; consortio, videtis. Qua  
rum me hercle noīa, si voletis cognoscere, ex me qui  
dem nō nisi græce audietis. Hæc nimirū quā subla  
tis supercilīis cōspicamini, οὐλαυτία est. Huic, quā ve  
lut arridētibus oculis ac plaudentē manib; videtis  
κολακία nomē. Hec semisomnis, ac dormitati similis,

.i. in amore  
mixtus.

.i. in specus  
bus cauis.  
.i. In semiata  
& in arata,  
hoc est citra  
sationē, & ci  
tra arationē.

.i. Sūmo Io  
ui, quē Satur  
nium, hoc est  
Saturni filiū  
uocant.

.i. amor sui.

.i. adulatio,

# ERASMI.

λαθάν vocat. Hæc cubito utroq; innitēs, cōsertisq; ma  
 nib; μισθωτοια dicit. Hæc roseo reuincta serto, &  
 vndiq; delibuta vnguētis θλον. Hæc lubricis & huc  
 atq; illuc errātibus lumenib; ἀνοια dicit. Hæc nitida  
 cute probeq; saginato corpore Συφι nomē habet. Vi  
 detis & deos duos, puellis admixtos, quorū alterum  
 κέρμα vocat, alterū νήγετον οὐτον. Huius inq; famu  
 litij fidelibus auxiliis, genus om̄e rerū meæ subiicio  
 ditioni, ipsis etiā imperās impatoribus. Genus, educa  
 tionē, & comites, audistis. Nunc ne cui sine causa  
 videar mihi, deæ nomē usurpare, quātis cōmoditatī  
 bus deos simul, & hoīes adficiam, q̄q; late meū pa  
 teat numē arrectis auribus accipite. Etenim si non ins  
 scite scripsit quidā, hoc demū esse deū, iuuare morta  
 les, & si merito in deorū senatū asciti sunt, qui vinū,  
 aut frumentū, aut vnam aliquā huiusmodi cōmodis  
 tate mortalibus ostenderūt, cur non ego iure, deorū  
 oīm ςλφα dīcar, habeār q̄, quæ vna, oīmibus largior  
 oīa. Princípio quid esse potest vita ipsa, vel dulcis  
 us, vel p̄ciosius? At huius exordiū cui tandem acceptū Forti patre  
 ferri cōuenit, nīsi mihi? Nec eī aut δεξιμοπάθης ha  
 stā Palladis, aut νεφεληγρέτα Iouis aegis, hominū  
 genus, vel progignit, vel propagat. Verū ipse deum  
 pater atq; hoīm rex, qui totū nutu tremefactat olym  
 pūm, fulmē illud trisulcū ponat, oportet, & vultum  
 illum Titanicū, quo(cum lubet) deos om̄eis territat,  
 planeq; histriōnū more, aliena sumēda misero perso  
 na, si quando velit id facere, quod nunq; non facit, Hoc est libe  
 ris hoc est ωαδοποίη. Iam vero Stoici de diis proximos  
 autumāt. At date mihi terq; quaterq; aut si liber sex operā dare,  
 centies Stoicū, tamen huic quoq;, si non barba, insi-

6

## MORIA

gne sapientiae, etiam si cum hircis commune, certe super  
ciliis erit ponendū, explicanda frons, abiiciēda dos  
gmata illa adamatina, ineptiendū ac delirandū alii  
quantisper. In summa me, me in ḡ sapiens ille acce-  
sat oportet, si modo pater esse velit. Et cur non apes-  
tius meo more vobiscū fabuler? Quæso num caput,  
num facies, nū pectus, nū manus, num auris, quæ  
partes honestæ putant, progenerāt deos aut hoies?  
Non opinor, immo ea pars adeo stulta, adeo ḡ ridi-  
cula, vt nec nominari cītra risum possit, humani ge-  
neris est propagatrix. Is est sacer ille fons, vnde vitā  
hauriunt oīa verius, ḡ ille Pythagoricus quaternio,

Matrimonii  
a stultitia.

Age vero qui vir obsecro matrimonij capistro, velit  
præbere os, si quēadmodū isti sapientes facere con-  
sueuerūt, prius eius vitæ incōmoda secū perpende-  
rit, aut quē tandem mulier virū admissura sit, si partus  
periculosos labores, si educationis molestia, vel nos-  
rit, vel cogitarit. Porro si coniugiis debetis vitā, con-  
. Lin cogitat̄ iugū autē debetis & vīoī pedissequā, mihi nimirum  
quid beatatis, intelligitis. Tum quæ semel hæc ex-  
. i. obliuionis perta denuo repetere velit, nisi & dñs præsens nomē  
adfuerit. Neq; vero id Venus ipsa vel reclamāte Lu-  
cretio vnī inficias iuerit, sine nostri numinis accessi-  
one, suā vim mancā atq; irritam esse. Itaq; ex nostro  
illo temulēto ridiculoq; lusu, proueniūt, & supercili-  
osi philosophi, in quorū locum nūc successere, quos  
vulgus Monachos appellat, & purpurei reges, et pīj  
sacerdotes. Postremo totus etiā ille deorū poeticoū  
coetus, adeo frequēs, vt turbam vix iam ipse capiat  
olympus, tametsi spacioſissimus. At sane parū mihi  
vitæ seminarū, ac fontē deberi, nisi quicqd in omni

# ERASMI.

vita cōmodi est, id quoq; totū ostendero mei munē  
ris esse. Quid aut̄ vita hæc, num oīno vita videſ ap̄  
pellāda, ſi voluptatē detraxeris? Applauſiſtis. Equi  
dem ſciebā neminem vestrū ita ſapere, vel desipere  
magis, immo ſapere potius, vt in hac eſſet ſententia.  
Quanq; ne Stoici quidē iſti voluptatē aspernantur,  
tametsi ſedulo diſſimulāt, milleg; conuitiis eā apud  
vulgus dilacerāt. Nimirū ut deterritis aliis iſpi proſ  
lixius fruanſ. Sed dīcant mihi per louem, Quæ tan  
dem vita pars eſt, non tristis, nō infestiua, nō inue  
nusta, nō insipida, non moleſta, niſi voluptatē, id eſt  
ſtultiæ condimentū adiunxeris? Cuius rei cū ſatis  
idoneus teſtis eſſe poſſit, ille nunq; ſatis laudatus So  
phocles, cui extat pulcherrimū illud de nobis Elo  
gium, Ἐφ φρονεῖρ γα μηδὲ μῆδις θεοὶ βίοι, tamē age, .i. In nihil fa  
rem oīm ſigillatim aperiāmus. Princípio quis neſ piendo, uita  
ſcīt prīmā hominis ætatē multo lātissimā, multoq;  
oībus gratiſſimā eſſe? Quid eſt em illud in infantī  
bus, quod ſic exofculamur, ſic amplectimur, ſic foue  
mus, vt hostis etiā huic ætati ferat opem, niſi ſtulti  
tia lenocinīt, quod data opera prudēs natura, recēs  
natis adiūxit, vt aliquo voluptatī velut autoramē  
to & educātū labores delinire queant, & tuentiū  
fauores eblandiātur? Deinde quē ſuccedit huic ado  
leſcentia, q; eſt apud oīs gratiosa, q; candide fauent  
oīnes, q; ſtudioſe prouehūt, q; officioſe porrigit au  
xiliareſ manus? At vnde quæſo iſta iuuentæ gra  
tia, vnde niſi ex me? Cuius beneficio q; minimū fa  
pit, atq; ob id q; minime ringitur. Mentior, niſi mox  
vbi grandiores facti per rerū uſum, ac disciplinas vi  
tile quiddā ſapere cōperint, cōtinuo deflorefcit for

# MORIA

mae nitor, laguescit alacritas, frigescit lepos, labascit  
vigor. Quocq; longius a me subducit, hoc minus mi-  
nusq; viuit, donec succedat ἡ χαλεπὴ γῆσας. i. mole-  
sta senectus non iam aliis modo, veruetiam sibimet  
inuisa. Quae quidē prorsum nulli mortaliū foret to-  
lerabilis, nisi rursum tantorū miserta laborū, dextra  
adessem, & quemadmodū dī poetarū solent pereun-  
tibus aliqua Metamorphosi succurrere, itidem ego  
quocq; īā capulo pximos denuo quoad licet, ad pue-  
ritiā eos reuocarē. Vnde non abs re vulgus eos  
*.i. Iterum pu-*  
*eros.*  
λιμπαδας appellare cōsueuit. Porro si quis transfor-  
mandi rationē requirat, ne id quidē cælarim. Ad le-  
thes nostræ fontē (nam in insulis fortunatis oritur,  
siquidē apud inferos tenuis modo riūulus labitur)  
eos produco, vt simul atq; illic longa potarint obli-  
uia, paulatim dilutis animi curis repubescat. At isti  
īā delirant, inquiūt, iam desipiūt. Esto sane. Sed istuc  
īpm est repuerascere. An vero aliud est puerū esse ē  
delirare, ē desipere? An non hoc vel maxie in ea de-  
lectat ætate, quod nihil sapit? Quis em̄ non ceu por-  
tentū oderit, atq; execretur, puerū virili sapiētia? A  
stipulaſ & vulgo iactatū prouerbiū, Odi puerulum  
præcocí sapiētia? Quis aut sustineret habere cōmer-  
ciū aut consuetudinē cum eo sene, qui ad tantā rerū  
experiētiā, parē animi vigorē, iudiciiç acrimonī  
adiunxisse? Itaq; delirat senex meo munere. Sed in  
delirus iste meus iterim miseris illis curis vacat, qui  
bus sapiens ille distorqueſ. Interim nō illepīdus est  
cōpotor. Non sentit vitæ tediū, quod robustior ætas  
vix tolerat. Nō nunq; cum sene Plautino ad tres illas  
literas reuertit, Insœlicissimus si sapiat, At interim

# ERASMI.

meo beneficio fœlix, interim amicis gratus, ne congerro quidē infestiuus. Quandoquidē & apud Homerū e Nestoris ore fluit oratio melle dulcior, cum Achillis sit amarulēta, & apud eundē senes in moeſibus cōſidentes, τὼ λεγοέων αὐτὸν vocem edunt. Quo .i.floridam. quidē calculo ipsam etiā superant pueritiā, ſuauem quidē illam, ſed infantē, ac præcipuo vitæ oblectaſ mēto, puta garrulitate carentē. Addite huc qd pueris quoq; gaudeant impēſius ſenes, ac pueri vīcīſſim ſenibus delectātur, ὡς ἀεὶ δὲ ὅμοιος ἔγινε δεὸς ὡς δὲ ὅμοιος. Quid em̄ inter illos non cōuenit, niſi qd hic rugosior et plures numerat natales? Alioqui capillo rum albor, os edentulū, corpori modus minor, lactis appetētia, balbuties, garrulitas, ineptia, obliuio, in cogitantia, breuiter oīa cætera congruūt. Quoq; magis accedit ad ſenectā, hoc propius ad pueritiæ ſimi litudinē redeūt, donec puerorū ritu, cītra vitæ tediūt, citra mortis ſenſum, emigrant e vita. Eat nūc qui volet, & hoc meū beneficiū cum reliquorū deorū meta morphosi comparet. Qui quid irati faciāt, non libet cōmemorare, ſed qbus ἔχει maxime, propitiū ſunt, eos ſolent in arborē, in auē, in cicadā, aut etiā in ſerpens tem trāſformare. Quasi vero nō iſtuc ipm ſit perire, aliud fieri. Ego vero hoīem eundē optimæ ac fœliſcissimæ vitæ parti reſtituo. Qd ſi mortales prorsus ab omni ſapientiæ cōmercio tēperarent, ac perpetuo mecum ætatem agerēt, ne eſſet quidē vllum ſeniū, verum perpetua iuuēta fruerent fœlices. An non vide tetricos iſtos, & vel phīæ ſtudiis, vel ſeriis, & arduis addictos negotiis, plærūq; priuſq; plane iuuēnes ſint, iam cōſenuiſſe, videlicet curis, & affidua

.i. Ut ſemper ſimilem duſit deus ad ſimilem.

# MORIA

acris cogitationū agitatiōe, sensim sp̄iritus et succū illum vitalē exhaustiōe. Cū contra Moriones mei pinguiculi sint, & nitidi, & bene curata cute, plane .i. porci Acar nani. Quod ea regio pinguiſimos mitteret por cellos.

χοῖροι (quod aiūt) ἀναρπάνιοι. Nunq̄ profecto senectu tis incōmodum vllū sensuri, nisi nōnihil vt sit) sapi entū contagio inficerent. Adeo nihil patitur hoīm vita om̄i ex parte beatū esse. Accedit ad hāc vulgati prouerbij non leue testimoniu, quo dictitant, Stultia yna esse rem, quæ & iuuentā alioqui fugacissimā remoretur, & improbabā senectā procul arceat. Ut non temere de Brabantis populari sermone iactatū sit. Cum ceteris hoībus ætas prudentiā adferre solet, hos quo propius ad senectā accedunt, hoc magis atq; magis stultescere. Atqui hac gente non est alia, vel ad cōmūnē vitæ consuetudinē festiūior, vel quæ minus sentiat senectutis tristitiā. His quidē vt loco, ita & vitæ instituto cōfines sunt Hollandi mei. Cur em̄ non meos appellē, vsq; adeo studiosos mei cultores, vt inde vulgo cognomē emeruerint? Cuius illos adeo non pudet, vt hinc vel præcipue sese iactent. Sultitia mortales, & Medeas, Circes, Veneres, Auroras, & fontem, nescio quē requirant, quo sibi iuuentā restituant. Cum id sola præstare, & possim & soleam. Apud me succus est ille mirificus, quo Memnonis filia Tithoni aui sui iuuentā prorogauit. Ego sum Venus illa, cuius fauore Phaon ille repubuit, ita vt a Saphone tantopere amaret. Meae sunt herbæ, si quæ sunt, mea præcamina, meus ille fons, qui non solū reuocat elapsam adolescentiā, sed (quod est optabilius) perpetuā seruat. Quod si om̄es huic snīæ subscrībitis, adolescētia nihil esse melius,

# ERASMI.

senectute nihil detestabilius, quātum mihi debeatī  
videtis opinor, quae tantū bonum retineā, tanto ex-  
cluso malo. Sed quid adhuc de mortalibus loquor? Gentiliū dī.  
Cœlū omne lustrate, & mihi meū nomen opprobet, stulti omnes.  
licebit, quicūq; volet, si quem oīno deorū reppererit  
non insuauē et aspernabilē, nisi meo numine cōmen-  
detur. Et em̄ cur semper ephœbus et comatus Bacch-  
us? Nempe quia vecors ac temulētus, cōuiuiis, salta-  
tionib; choreis, lusibus, vitam oēm transigens, ne  
tantillū quidē habet cum Pallade cōmercij. Deniq;  
tantū abest, vt sapiens haberī postulet, vt ludibriis  
ac iocis colī gaudeat. Neq; prouerbio offendit, quod  
illi fatui cognomentum attribuit. Id est huiusmodi,  
μοσύχς μωρόπερθ;. Porro Morycho nomē verterūt, .i. Morycho  
quod illū pro templi foribus sedētem, musto ficiſq; stultior,  
recentibus, agricolarū lasciuia cōsueuerit oblinere.  
Tum aut̄ quid non scōmatum in hūc vetus iacit co-  
mœdia? O insulsum inquiūt deum, et dignū, qui ex  
inguine nasceret. At quis nō malit hic fatuus & ins-  
sulus esse, semper festiuus, semper pubescēs, semper  
om̄ibus lusus, ac voluptatē adferens, q̄ vel θγκυλος .i. obliqui  
μητις ille Iupiter om̄ibus formidabilis, vel Pan suis consiliis.  
tumultibus oīa senio vicians, vel fauillis oppletus  
. Vulcanus, ac semp officinæ laboribus squallidus,  
aut Pallas etiā ipsa, sua Gorgone & hasta terribilis,  
ηγή δεῑ φορώσα δέμιου. Cur semp puer Cupido? Cur .i. Semper in-  
nisi quia nugator est, ηγή μηδέρ ίγιε, neq; facit, neq; cogitat? Cur aureæ Veneri semp vernat sua forma?  
Nimirū quia meciū habet affinitatē, vnde & patris  
mei colorē vultus refert, atq; hac de causa est apd' Ho-  
merum, χρυσή ἀφροδίτη. Deinde perpetuo ridet, siqd  
**b**

## MORIA

modo poetis credimus, aut horū æmulis statuariis;  
Quod numen nunq; religiosius coluere Romani, q; Flora e oīm voluptatū parentis? Quanq; si quis etiā tetricorū deorū vītam diligētius requirat ab Homero, reliquisq; poetis, reperiēt stultitiae plena omnia.  
Quid em̄ attinet reliquorū facta cōmemorare, cum Louis ipsius fulminatoris amores aclusus probe noritis? Cum sevē illa Diana oblita sexus, nihil aliud q; venetur, Endymionē interīm deperiens: Verū illi sua facinora, a Momo audiāt malim, a quo sāpius quondā audire solebant. Sed hūc nuper irati vna cum Ate, in terras præcipitē dederūt, quod sapiētia sua fœlicitati deorū importunus obstreperet. Nec mortalitū vllus exulē dignaē hospitio, tantū abest ut illi in principū aulis sit locus, in qbus tamē mea nos.

- .i. adulatio, *λανιά* primas tenet, cui cum Momo nō magis cōuenit, q; cum agno lupis. Itaq; sublato illo iam multo licētius ac suauius nugant̄ dīj vere, p̄x̄o p̄x̄o, vt inquit Homerus, nullo videlicet censiore. Quos enim non p̄bet iocos fculnus ille Priapus? Quos non ludos exhibet furtis ac p̄stigiis suis Mercurius? Quin .i. Morionē, et Vulcanus ipse in deorū cōuiuiis γελωτοποιόη age re consueuit, ac modo claudicatione, modo cauillis, modo rīdiculis dictis exhilarare cōpotationē. Tum .i. genus ridi; & Silenus ille senex amator, τὸν κόρδακα, saltare soli culæ saltatio; tus, vna cū Polyphemo, τὸν ἔτανθό, Nymphis τὸν nis ac rustis γυμνοπόδιοη saltantibus. Satyri semicapri atellanæ canæ. agitant. Pan insulsa quapiā cantūcula risum oībus mouet, quē ita malūt, q; ipsas audire musas, p̄cipue cū iam nectare cœperit madere. Porro quid ego nūc cōmemorē, quē probe poti dīj post conuiuiū agitē;

## ERASMI.

Adeo me hercle stulta, vt ipsa nōnumq; a risu tēpera  
re nequeam. Sed satius est in his Harpocratis memi  
nisse, ne quis forte nos quoq; Corycæus aliquis des  
us auscultet, ea narrantē, quæ ne Momus quidē im  
pune prolocutus est. Sed iam tēpus est, vt ad Home  
ricū exemplar, relicts cœlitibus vicissim in terrā de  
migremus, quanq; ibi nihil lætū, aut fœlīx, nisi meo  
munere dispiciamus. In prīmis videtis, quāta pro Stultitia na  
uidentia, natura parēs & humani generis opifex, il<sup>s</sup> turalis hoī.  
Iud cauerit, ne vsc̄ deesset stultitiæ cōdimētum: Et  
em̄ cum Stoicis definiotoribus nihil aliud sit sapien  
tia, q̄ duci ratione, cōtra, stultitia, affectuū arbitrio  
moueri, ne plane tristis ac tetrica esset hoīm vita, Iu  
piter, quanto plus indidit affectuū q̄ rationis: quasi  
semiuncia compares ad asem. Prēterea rationem in  
angustū capitū angulū relegauit, reliquū omne cor  
pus pturbationibus reliquit. Deinde duos quasi ty  
rānos violētissimos vni opposuit, irā, quę p̄cordio  
rum arcē obtinet, atq; adeo ipm̄ vitæ fontem cor, &  
cōcupiscentiā, quæ ad imam vsc̄ pubē, latissime im  
periū occupat. Aduersus has geminas copias q̄tum  
valeat ratio, cōmunis hoīm vita satis declarat, cum  
illa, quod vnum licet, vel vsc̄ ad rauim reclamat, &  
honesti dicitat formulas, verū hi laqueū regi suo re  
mittunt, multoq; odiosius obstrepunt, Donec iam is  
quoq; fessus vltro cedit, ac manus dat. Cæterū quo  
niā viro administrādis rebus nato, plusculū de ratio  
nis vnciola erat aspergendū, vt huic quoq; pro virili  
consuleret, me sicut in cæteris, in consiliū adhibuit,  
moxq; consiliū dedi me dignū. Nempe vtī mulierē Mulier stul  
adiungeret, animal videlicet stultū quidē illud, atq; tum animal.

b ij

## MORIA

ineptū, verum ridiculū & suaue, quo cōuictu dome  
stico, virilis ingenij tristitia, sua stultitia cōdiret atq;  
edulcaret. Nam quod Plato dubitare videt, vtro in  
genere ponat mulierē, rationaliū animantiū, an bru  
torū, nihil aliud voluit, q̄z insignē eius sexus stultia  
tiā indicare. Quod siqua forte mulier sapiēs haberi  
velit, ea nihil aliud agit, q̄z vt bīs stulta sit, perinde  
quasi bouē alius ducat ad ceroma, inuita reluctan  
teq; (vt aiunt) Minerua. Conduplicat eīm vitiū, quis  
quis contra naturā virtutis fucū inducīt, atq; alio de  
flectit ingeniu. Quemadmodū iuxta Græcorū pro  
uerbiū, Simia semp est simia, etiā si purpura vestiat.  
Ita mulier semp mulier est, hoc est stulta, quamcūq;  
personam induxeris. Necq; vero mulierū genus vsc  
adeo stultū arbitror, vt mihi ēā ob rem succenseant,  
qd illis, & ipsa mulier & stultitia, stultitia attribuā.  
Etem si rem recta reputent via, hoc ipm stultitiae de  
bent acceptū ferre, qd sint viris multis calculis for  
tunatores. Prīmū formæ gratiā, quam illi merito re  
bus omīibus anteponūt, cuiuscq; præsidio in tyrānos  
etiā ipsos tyrannidē exercent. Alioqui vnde nā hor  
ror ille formæ, hispida cutis, & barbae sylua, plane  
senile quiddā in viro, nisi a prudētia vitio, cum fo  
minarū semper leues malæ, vox semper exilis, cutis  
mollicula, quasi perpetuā quandā adolescentiā imi  
tetur. Deinde quid aliud optant in hac vita, q̄z vt vi  
ris q̄maxime placeant. Nōne huc spectat tot cultus,  
tot fuci, tot balnea, tot cōpturæ, tot vnguēta, tot odo  
res, tot cōponendi, pingēdi, singēdiq; vultus artes?  
Iam nū alio nomine viris magis cōmendatæ sunt, q̄z  
stultitiae. Quid eīm est, quod illi mulieribus nō per

Bīs stulta mu  
lier, quæ sa  
pere uelit.

## ERASMI.

mittuntur. At quo tandem auctoramento, nisi voluptas  
tis? Delectant autem non alia re, quam stultitia. Id esse verum  
non ibit inficias, quisquis secum reputarit, quas vir  
cum muliere dicat ineptias, quas agat nugas, quoties  
feminea voluptate decreuerit ut. Habetis igitur pri-  
mum & precipuum vitę oblectamentū, quo fonte pro-  
ficiuntur. Sed sunt nonnulli, cum primis aut senes biba Voluptas co-  
ces quidem illi magis quam mulierosi, qui summam volu- uiiorum.  
ptatem in compotationibus constituunt. Evidet an sit  
vulum lautum conuiuium, ubi mulier non adsit, viderint  
alii, illud certe constat, citra stultitiae comedimentum, nul-  
lum oino suaue esse. Adeo ut si desit qui vel vera, vel  
simulata stultitia risum moueat, γελωτοιδη quem i. risus moue-  
piam vel mercede conductum accersant, aut ridiculum di artificem.  
aliquem parasitum adhibeant, qui ridendis, hoc est, stul-  
tis dicteriis, silentium ac tristitiam copotationis discu-  
tiat. Quorsum enim attinebat tot bellariis, tot lautitis  
is, tot cupediis, onerare ventre, nisi & oculi pariter  
& aures, nisi totus animus, risu, iocis, leporibus pas-  
siceretur. At istiusmodi tragematum, ego sum archite-  
ctrix unica. Quanquam illa ipsa iam in coniuiis solenia,  
regem sortiri talis lusitare tesseris, Philotesiis inuitare,  
certare συμβιφοραις, ad Myrtum canere, saltare, ges- i. circumlati-  
sticulari, non a septem Graeciae Sophis, verum a nobis onibus.  
ad humani generis salutem repta sunt. Atqui omnia hu-  
iusmodi rerum ea natura est, ut quo plus habeant stul-  
titiae, hoc plus conferant vita mortalium, quae si tristis  
sit, ne vita quidem appellanda videatur. Tristis autem euas-  
dat, oportet, nisi cognatum tediū, hoc genus oblectas-  
metis absteneris. Sed erunt fortassis, qui hoc quoque  
voluptatis genus negligant, et in amicorum charitate

b iii

## MORIA

Et consuetudine acquiescat, amicitia dictantes una rebus oibus anteponenda, quippe rem usque adeo necessaria, ut nec aer, nec ignis, nec aqua magis, rursum adeo iucunda, ut qui haec de medio sustulerit, sole sustulerit, adeo denique honesta, siquid tamen hoc ad rem pertinet, ut nec ipsi philosophi vereant eam iter principua bona commemorare. Sed quid, si doceo me huius quoque ranti boni, & puppim esse & proram? Docebo autem non Crocodilitis, aut Soritis ceratinis, aut alijs id genus dialecticorum argutissimis, sed pingui (quod aiunt) Minerua, rem digito propemodum ostendam. Age, coniuere, labi, cæcutire, hallucinari in amicorum vitis, quædam etiam insignia vitia per virtutibus amare, mirarique, an non stultitiae videtur affinitas? Quid cum aliis exoscula neuum in amica, alium delectat Polypus Agnæ, cum filium strabonem appellat petum pater, quid inquit hoc est, nisi mera stultitia? Clamet terque quod stulticiam esse. At qui haec una stultitia, & iungit iunctos, et seruat amicos. De mortalibus loquor, quorum nemo sine vitiis nascitur, optimus ille est, qui minimis virges. Cum interim inter sapientes istos deos, aut omnino non coalescit amicitia, aut tetrica quædam & insuavis intercedit, nec ea nisi cum paucissimis, nam cum nullis dicere religio est, propterea quod maxima pars hominum despicit, immo nullus est, qui non multis modis deliret, & non nisi inter similes cohæret necessitudo. Quod si quædam inter seuos istos coierit mutua benevolentia, ea certe haud quaquam stabilis est, nec admodum duratura, nimis inter morosos, & plus satis oculatos, ut qui in amicorum vitiis tam cernunt acutum, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius. At

Asperitas in  
amicitia.

## ERASMI.

ipsi in p̄priis vitiis q̄b̄ lippiunt, et q̄b̄ non vidēt manū  
 tica in tergo pendētem? Itaq̄ cum ea sit hoīm natura,  
 vt nullum ingenī reperiatur, non magnis obno-  
 xium vitiis. Adde tātam animorū, ac studiorū dissimilitudinē,  
 tot lapsus, tot errata, tot casus vītæ mor-  
 talis, quo pacto vel horā constabit inter Argos istos  
 amicitiæ iucunditas, nisi accesserit ea, quam mire  
 Græci *εὐδαιοπ* appellant, hanc seu stultitiā, seu mo-  
 rum facilitatem vertas licebit. Quid aut̄? an non  
 Cupido ille oīis necessitudinis autor & parens, prori-  
 sum oculis captus est: cui quēadmodum τὰ μὲν καλὰ .i. Non pul-  
 καλὰ τέφανη itidem inter vos quoq; efficit, vt suum chra pulchra  
 cuic; pulchrū videatur, vt cascus cascā, perinde vt uidentur.  
 Pupus pupā deamet. Hæc passim & fiunt & ridens-  
 tur. Sed tamē hæc ridicula iucundā vītæ glutinant,  
 copulatq; societatem. Porro quod de amicitia di-  
 cītum est, id multo magis de coniugio sentiendū, qđ Non cōstare  
 quidē nihil est aliud, q̄b̄ indiūidua vītæ coniunctio, cōiugii sine  
 Deum īmortalem, quæ non diuortia, aut etiā diuor-  
 tiis deteriora passim acciderēt, nisi viri fœminęq; do-  
 mestica cōsuetudo, per adulatioñē, per iocum, per fa-  
 cilitatē, errorem, dissimulationē, meum vtiq; satelli-  
 tium, fulciref, alereturq;. Papæ, q̄b̄ pauca coīrent ma-  
 trimonia, si sponsus prudēter exquireret, quos lusus  
 delicata illa, sicuti videf, ac pudens vīgūcula iam  
 multo ante nuptias luserit. Tum quāto pauciora co-  
 hærerēt inita, nisi pl̄ima vxorū facta per viri vel ne-  
 gligentia, vel stupore laterent. Atq; hæc quidē me-  
 rito Stultiæ tribuūtur, verū ea interim præstat, vt  
 marito iucūda sit vxor, vxorī iucundus maritus, vt  
 trāquilla domus, vt maneat affinitas. Ridetur Cucu-

## MORIA

lus, Curruga, et quid non vocat, cum mœchæ lachrymas labellis exorbet. At quanto fœlicius, sic errare, q̄ Zelotypia diligentia, cū sese conficere, tum oia miscere tragediis? In summa usq; adeo nulla societas, nulla vita coniunctio, sine me vel iucunda, vel stas bilius esse potest, vt nec populus principē, nec seruum herus, nec herā pedissequa, nec discipulū preceptor, nec amicus amicū, nec maritū vxor, nec locator conductor, nec contubernalis contubernale, nec conuctor conuictore diutius ferat, nisi vicissim inter sese nunc errent, nūc adulent, nunc prudētes cōniveant, nūc aliquo Stultitie melle sese deliniāt. Iam hēc scio videri maxima, sed audietis maiora. Quæso num quenq; amabit, qui ipse semet oderit? Num cū alio concordabit, qui secū ipse dissidet? Num vlli voluntate adferet, qui sibi met ipsi sit grauis ac molestus? Istud opinor nemo dixerit, nisi qui sit ipsa stultior stultitia? Atqui si me excluseris, adeo nemo poterit alterū ferre, vt ipē etiā sibi quisq; puteat, sua cuiq; sordeat, sibi quisq; sit iniuisus. Quādoquidē id mali natura, nō paucis in rebus nouerca magis q̄ parēs, mortaliū ingenii inseuit, p̄cipuꝝ paulo cordatioꝝ, vt sui quēq; pœnitēat, admiretur aliena. Quo fit vt omes dotes, oīs elegantia, decorq; vitæ vitietur, p̄reatq;. Quid em proderit forma p̄cipuū deoꝝ immortaliū munus, si putiditatis vicio contaminetur? Quid iuēta, si senilis tristitia fermēto, corrūpatur? Deniq; quid in omni vitæ munere, vel tecū, vel apud alios acturus es cū decoro (est em non artis modo vertuētiam omnis actionis caput, decere quod agas) nisi adsit dextra hēc philautia, quæ mihi merito germa-

Nulla societas hominū absq; stultitia  
Nemo sibi ipsi charus absq; stultitia

# ERASMI.

itæ est vice. Adeo strenue meas vbiq; partes agit.  
 Quid aut; æque stultū, atq; tibi ipsi placere te ipsum  
 admirari? At rursum quid venustū, quid gratiosum  
 quid non indecorū erit, quod agas, ipse tibi displi-  
 cens? Tolle hoc vitæ cōdimentū, & protinus friges-  
 bit cum sua actione orator, nulli placebit cū suis nu-  
 meris musicus, explodeſt cum sua gesticulatione his-  
 trio, ridebif; vna suis cū musis poeta, sordebit cum  
 arte pictor, esuriet cum Pharmacis medicus. Postre-  
 mo pro Nireo Thersites, pro Phaone Nestor, pro  
 Mineruasus, pro facūdo infans, pro vrbano rusticus  
 videberis. In tantum necesse est, vt sibi quoq; quisq;  
 blandiat, & assentati uncula quapiā sibi prius com-  
 mendetur, q; aliis possit esse cōmendatus. Deniq; cū Sibi quisq;  
 præcipua fœlicitatis pars sit, vt quod sis esse velis, placet q; stul-  
 nimū totum hoc p̄estat cōpendio, mea Philautia,  
 vt neminē suæ formæ, neminē sui ingenij, neminem  
 generis, neminē loci, neminē instituti, neminē patriæ  
 pœniteat, adeo vt nec Hirlādus cū Italo, nec Thrax  
 cum Atheniensis, nec Scytha cum insulis fortunatis  
 cupiat permutare. Et o singularē naturæ sollicitudis  
 nem, vt in tanta rerū varietate paria fecit om̄ia. Vbi  
 dotibus suis nō nihil detraxit, ibi plusculū Philau-  
 tiæ solet addere, quanq; hoc ipm stulte profecto dis-  
 xi, cum hæc ipsa dos sit vel maxia. Vt ne interim Bellū ex stul-  
 dicā, nullum egregiū facinus adiri, nisi meo impulsu-  
 su, nullas egredias artes, nisi me auctore fuisse reper-  
 tas. An non oīm laudatorum facinorū seges ac fons  
 est bellum? Porro quid stultius, q; ob causas, nescio  
 quas certamē eiusmodi suscipere, vnde pars vtraq;  
 semp plus aufert incōmodi q; boni? Nam eorū qui

c

## MORIA

3. nullus res  
spectus. cadūt, veluti Megarensiū ὀυδεὶς ξλόγος. i. nulla ratio.  
Dein cū iam vtrīq; cōstitere ferratae acies, & rauco  
crepuerūt cornua cantū, q̄s oro sapientū istore vſus.  
Qui studiis exhausti, vix tenui frigidoc; sanguine  
spūm ducūt, Crassis ac pínguiib; opus est, quibus q̄  
plurimū adſit audaciæ, mētis q̄minimū. Nisi si quis  
Demosthenē militem malit, qui Archilochi secutus  
consiliū, vix conspectis hostib; abieco clypeo, fu-  
git, tam ignavius miles, q̄ orator sapiens. Sed con-  
ſiliū (inquiūt) in bellis plurimū habet momēti. Equi-  
dem fateor in duce, verū id quidē militare, non phi-  
losophicū, alioqui parasitis, lenonibus, latronibus,  
ſicariis, agricolis, stupidis, obæratis, & hmoi morta-  
liū fece, res tam p̄clara geritur, non phis lucernariis.

Qui quidem q̄ sint ad oēm vitæ vſum inutiles, vel  
Socratis ſtu- Socrates ip̄e vnuſ Apollinis oraculo sapiēs, ſed mi-  
titia. nime ſapienter iudicatus, documēto eſſe potest, qui  
neſcio quid publice conatus agere, ſummo cum oīm  
riſu diſceſſit. Quanq; vir is in hoc non vſq; quaq; de-  
ſipiat, qd ſapientis cognomē non agnoscit, atq; ipſi  
deo reſcribit, quodq; cenſet ſapienti a Rep. trācīda  
abſtinēdum eſſe, niſi qd potius monere debuerat, a  
ſapientia tēperandū ei qui velit in hoīm haberi nu-  
mero. Deinde quid eūdem accuſatū ad cicutā biben-  
dam adegit, niſi ſapientia. Nam dū nubes & Ideas  
philofophat, dum pulicis pedes metit, dum culicum  
vocē miratur, quæ ad vitam cōmūnē attinent, non  
Ad dicendū didicit. Sed adeſt p̄ceptorि de capite p̄clitanti diſci-  
non prorius pulus Plato, egregius ſcilicet patronus, qui turbæ  
idoneos eſſe ſtrepitū offensus, vix dimidiata illam periodū pro-  
qui ſapiunt. Iam quid dīcam de Theophrastō,

# ERASMI.

Qui progressus in concione, repente obmutuit, perinde quasi lupo conspecto, qui militē animasset in bello? Isocrates ob ingenij timiditatem, nechiscere vñquā est ausus. M. Tullius eloquentia Romanæ parens, semper indecora trepidatione, perinde quasi puer singultiens exordiri consuevit. Idq; Fabius interpretatur cordati oratoris, & periculū intelligen-  
tis argumētum. Verū cum hoc dicit, an nō palam fatetur, sapientiā obstare ad rem probe gerendam? Quid isti facient, cum res ferro geritur, qui tum mes-  
tu exanimātur, cum nudis verbis est decertandum? Et post hæc celebratur, si diis placet, præclara illa Platonis sentētia, beatas fore respuplicas, si aut im-  
perent philosophi, aut philosophētūr imperatores.

Immo si consules historicos, reperies nimirū nullos reipublicæ pestilentiores fuisse príncipes, q; si quando in philphastrū aliquem, aut literis addi-  
ctum inciderit imperium. Cuius rei satis opinor fa-  
ciunt fidem Catones. Quorum alter insanis delatis  
onibus reipublicæ tranquillitatē vexauit. Alter li-  
bertatem. P. R. dum nimirū sapienter vindicat, fun-  
ditus subuerit. Adde his Brutos, Cassios, Gracchos  
ac Ciceronem etiā ipsum, qui non minus pestilens  
fuit Romanorū reipub. q; Demosthenes Atheniens-  
sium. Porro M. Antonius, vt donemus bonū impe-  
ratorem fuisse (nam id ipm extorquere possim) fuit  
enīm hoc ipso nomine grauis, atq; inuisus ciuibus,  
quod tam philosophus esset. Sed tamen vt done-  
mus fuisse bonum, at certe pestilentior fuit reip. talí  
relicto filio, q; fuerat sua administratione salutaris.

Quandoquidē solet hoc hoīm genus, qui seſe ſa-

Sapientum  
ſtulti filij.

c ii

# MORIA

pieniæ studio dediderunt, cum cæteris in rebus, tum  
præcipua in liberis propagandis in foelicissimum esse,  
prouidete opinor natura, ne malum hoc sapientia inter  
mortales latius serpat. Itaque Ciceroni degenerem fuisse  
se filium constat, & sapiens ille Socrates liberos habuit,  
matri similiores quam patri, ut non oīno pessime scripsit  
quidam, id est, stultos. Sed vtcūq; ferendū, si tantum  
.i. alini ad lyram.  
ad publica munia forent, οὐοι τοῦτο λύγει, nisi ad oīem  
Ad oīem uite consuetudinem  
prosperus vita functionē nihil essent dextiores. Ad  
iepti sapientes.  
conuiuiū adhibe sapientem, aut tristis silentio, aut mole  
stis quæstiūculis obturbabit. Ad chorū aduoca, eas  
melum saltare dices. Ad publicos ludos trahe, iōpū vul  
tu populi voluptatibus obstat, & coget e theatro  
migrare sapiens Cato, quandoquidem supercilium non  
potest ponere. In colloquiū inciderit, repente lupus  
in fabula. Si quid emendū, si contrahendū, breuiter  
si quid eorum agendū, sine quibus haec quotidiana vi  
ta transigere non potest, stipite dicas sapientem istum, non  
hoīem. Vtque adeo neque sibi, neque patriæ, neque suis usque  
usu esse potest, propterea quod communium rerum sit  
imperitus, & a populari opinione, vulgaribusque ins  
titutis, longe lateque discrepet. Quia quidem ex re, oditum parit.  
Sapientia oditum parit.  
Stultitia res publica constituit  
tur sapientia. Verum ut ad id, quod instituerat reuertar,  
quæ vis saxeos & agrestes illos hoīes in ciuitatem co  
git, nisi adulatio. Nihil enim aliud significat illa Am



## ERASMI.

phonis & Orphei cithara. Quæ res plebē Romanā  
 iam extrema molientē, in concordia ciuitatis reuoca-  
 uit: Num oratio philosophica? Minime. Immo ridis-  
 culus ac puerilis apolodus de vêtre reliquisc̄ corpo-  
 ris mēbris conflictus. Idē valuit Themistoclis apolo-  
 gus cōsimilis de vulpe & ericio. Quæ sapientis ora-  
 tio tantūdem potuisset, q̄tum cōmenticia illa cerua  
 Sertorij potuit, q̄tum Laconis illius de duobus cani-  
 bus, dec̄p vellēdis equinę caudę pilis ridendū com-  
 mētum: Vt ne qd dīcā de Minoe dec̄p Numa, quoq; Legū reper-  
 vterq; fabulosis inuētis, stultam multitudinē rexit. trix stultitiae.  
 Huiusmodi nugis, cōmouetur ingens ac potens illa  
 belua, populus. At rursum, quæ ciuitas vnq; Plato-  
 nis, aut Aristotelis leges, aut Socratis dogmata rece-  
 pit: Tum autē quæ res Deciis persuasit vt vltro fese  
 diis manibus deuoueret: Quid. Q. Curtiū in specū Fortitudinis  
 traxit, nisi inanis gloria, dulcissima quædam Siren,  
 sed mirum q̄z a sapientibus istis damnata: Quid em̄  
 stultius, inquiunt, q̄z supplicem candidatū blandiri  
 populo, congiariis fauore emere, venari tot Stultorum  
 applausus, acclamationibus sibi placere, in triūpho  
 veluti signū aliquid populo spectādum circūferri,  
 æneū in foro stare. Adde his nominū & cognominū  
 adoptiones. Adde diuinos honores, homūcionē ex-  
 hibitos, adde publicis ceremoniis in deos relatos etiā  
 sceleratissimos tyrannos. Stultissima sunt hæc, & ad  
 quæ ridenda, non vñus sufficiat Democritus. Quis  
 negat? Atqui hoc fonte nata sunt fortū Heroum fa-  
 cinora, quæ tot eloquentiū virorum literis in cœlum  
 tollunt. Hæc stultitia parit ciuitates, hac constat im-  
 peria, magistratus, religio, cōsilia, iudicia, nec aliud

laus a stultis  
tia.

c iij

## MORIA

Artū reper/  
trix stultitia.

modū, citra vllū vitā tediū, elabunf horæ, dies, mēs, anni, secula. Ipsa nōnunq̄ saginatior abeo, si quādo viderim illos μεγαλοργόντας, dū inter Nymphas vnaquæq; hoc sibi videt diis ppior, quo caudā longorē trahit, dum procerū, alius aliū cubito p̄trudit, quo Ioui ppior esse videat, dum quisq; sibi hoc magis placet, quo grauiorē cathenā collo baſulat, ut ruber etiā, non opes tantū ostentet. Ac principiū quidē institutū, summi pontifices, cardinales, et Episcopi, iampridē gnauiter emulanf, ac prope superat. Porro siquis perpēdat, qd linea vestis admoneat, niueo cādore insignis, nēpe vitā vndiquaq; inculpatā. Quid sibi velit mitra bicornis, vtrūq; fastigium eodē cohībente nodo, puta noui pariter ac veteris instrumēti, absolutā scientiā. Quid manus chirothecis cōmunitæ, purā & ab omni rerū humanaꝝ contagio, immūnem sacramētorꝝ administrationē. Quid pedū, nimirum crediti gregis vigilatissimā curam? Quid plata crux, videlicet oīm humanorū affectuum victoriā. Hæc inq id genus multa, si quis perpēdat, nōne tristē ac sollicitā vitā egerit? At nūc belle faciūt, cum sese pascūt. Ceterū ouium curā aut ipsi Christo mandant, aut in fratres ( quos vocant ) ac vicarios reiiciunt. Neq; vel noīs sui recordant, quid sonet episcopi vocabulū, Nempe labore, curam, sollicitudinem.

Verū in irretiēdis pecuniis, plane episcopos agūt .i. nō cæcam οὐδὲ ἀλασκοῦσι. Ad eundē modum cardinales si cospeculationē. gitent sese in apostolorū locum successisse, eadē ab ipsis requiri quæ illi præstiterūt. Deinde non domis nos esse, sed administratores spiritualiū dotiū, de quibus oībus sint paulo post exactissime reddituri rati-

# ER ASMI.

onē. Immo, si vel in cultu paulisper philosophentur,  
 atq; ita secū cogitent, quid sibi vult hic vestitus can-  
 dor. Nōne summā & eximiā vitæ īnocētiā? Quid  
 interior purpura? Nōne flagrantissimū in deū amos-  
 rem? Quid rursus exterior, sinuosa capacitate difflu-  
 ens, ac totā etiā reuerēdissimi cōpletestens mulā, quan-  
 q; vna, vel camelo contegēdo suffecerit, nōne charis-  
 tate latissime sese pandentē ad subueniēdum oībus,  
 hoc est ad docendū, exhortandū, consolandū, incre-  
 pandū, admonendū, cōponēda bella, resistendū im-  
 probis principib; et vel sanguinē libēter impēden-  
 dum gregi Christiano, nedū opes, Quanq; quorsum  
 oīno opes, pauperū apostolorū vīcē gerētibus? Hæc  
 si perpēderent, nec eū locum ambirēt, & libenter re-  
 linquerēt. Aut certe vitā plane laboriosam, atq; solli-  
 citā agerent, cuiusmodi veteres illi vixerūt apostoli.  
 Iam summi pontifices, qui Christi vices gerūt, si co-  
 nent eiusdem vitā æmulari, nēpe paupertatē, labo-  
 res, doctrinā, crucem, vitæ cōtemptū, si vel papæ, id  
 est, patris nomē, vel sanctissimi cognomē cogitent,  
 quid erit in terris afflictius? aut quis eū locum oībus  
 emat facultatibus, emptū gladio, veneno, oīnicq; vi-  
 tueatur? Quantū his abstulerit cōmoditatū, si semel  
 incesserit sapiētia, Sapientia dixi, īmo vel mica salis  
 illius, cuius meminit Christus, tantū opum, tñm hos-  
 norū, tantum ditionis, tantū victoriarū, tot officia,  
 tot dispensationes, tot vectigalía, tot indulgentias,  
 tantū equorū, mulorum, satellitū, tantū voluptatū.  
 Videlis quātas nundinas, quantā messem, quātum  
 bonorū pelagus, paucis sim complexa. In quorū lo-  
 cum inducit vigilias, ieiunia, lachrymas, orationes,

Summi pon  
tifices.

# MORIA

Curia Ro-  
mana.

Virtutes a  
postolicæ.

contiones, studia, suspiria, milleq; id genus miseros labores. Necq; vero negligendū, illud futurum, vt tot scriptores, tot copistæ, tot notarij, tot aduocati, tot pmotores, tot secretarij, tot mulotribes, tot equisones, tot mēsarij, tot lenones, pene mollius quiddā ad dideram, sed vereor ne durius sit auribus. In summa tanta hominū turba, quæ Romanā sedem, onerat, lapsa sum, honorat sentiebam, ad famē adigentur. Inhumanū quidem hoc, & abominandū facinus, at multo magis detestādum, īp̄os etiā summos ecclesiæ príncipes, ac vera mundi lumina, ad peram & baculum reuocari. At nunc fere, si quid laboris est, id Petro et Paulo relinquūt, quibus abunde satis est ocij. Porro si quid splendoris, aut voluptatis, id sibi sumunt. Atq; ita fit mea quidē opera, vt nullū pene hominū genus viuat mollius minusq; sollicitum, vt qui abunde Christo satissimum existimāt, si mystico ac pene scenico ornatu, ceremoniis, beatitudinū, reuerētiarum, sanctitatum titulis. & benedictionibus, ac maledictionibus, episcopos agant. Priscum & obsoletum, nec horum oīnimo temporū, miracula ædere, docere populū, laboriosum, sacras interpretabi literas, scholasticū, orare, ociosum, lachrymas fundere, miserū ac muliebre, egere, sordidū, vincī, turpe, parumq; dignum eo, qui vix reges etiā summos, ad pedū beatorū admittit oscula, deniq; mori inamabile, tolli in crucē infame. Restat sola hæc arma, ac benedictiōes dulces, quarū meminit Paulus, atq; harū quidē q; sint benigni, interdictiōes, suspēsiones, agrauatiōes, redaggrauatiōes, anathematizationes, vtrices picturæ, ac fulmen illud terrificum, quo, so-

# ERASMI.

lo nutu, mortaliū animas, vel vltra tartara mittunt.  
 Quod ipsum tamen sanctissimi in Christo patres, &  
 Christi vicarij, in nullos torquēt acrius, q̄b in eos qui  
 instigāte diabolo, patrimonia Petri, minuere, atq; ar-  
 rodere conātur. Cuius cū hæc vox sit in Euangeliō,  
 Reliquimus oīa, et secuti sumus te, tamē huius patri-  
 moniū appellant, agros, oppida, vectigalia, portito-  
 ria, ditiones. Pro quibus dū zelo Christi accensi, fer-  
 ro igniq; dimicāt, non absq; plurimo Christiani san-  
 guinis dispendio, tum demū ecclesiā Christi spons-  
 sam, sele credūt apostolice defendere, fortiter profi-  
 gatis (vt vocat) hostibus. Quasi vero vlli sint hostes  
 ecclesiæ perniciiosiores, q̄b impij pontifices, qui et si-  
 lentio Christū sinunt abolescere, & quæstuariis legi-  
 bus alligant, & coactis interpretationibus adulterāt,  
 & pestilēte vita iugulant. Porro cum Christiana ec-  
 clesia, sanguine sit condita, sanguine cōfirmata, san-  
 guine aucta, nūc perinde quasi Christus perierit, qui  
 more suo tueat suos, ita ferro rem gerūt. Cunq; bellū  
 res sit adeo immanis, vt feras non hoīes deceat, adeo  
 insana, vt poetæ quoq; singāt a furiis īmitti, adeo pe-  
 stiles, vt vniuersam morū luem, simul īuehat, adeo  
 iniusta, vt a pessimis latronibus optime soleat admi-  
 nistrari, adeo impia, vt nihil cohæreat cum Christo,  
 tamē oībus omissis, hoc tantū agunt. Hic vides etiā  
 decrepitos senes, iuuenilis animi robur prestare, nec  
 offendit sumptibus, nec fatigari laboribus, nec deter-  
 teri quicq; si leges, si religionē, si pacem, si res huma-  
 nas omēis, sursum ac deorsum misceat. Necq; desunt  
 adulatores eruditū, qui istā manifestariā insaniam,  
 zelum, pietatē, fortitudinē appellēt, excogitata via,

## MORIA

Sacerdotes  
priuati.

Veram reli-  
gionis functi-  
onē, alijs in ali-  
os reiſciunt.

qua fieri potest, vt q̄s l̄etale ferrū, stringat, adigatq; in fratr̄is sui viscera, manente nihilominus charitate illa summa, quā ex Christi præcepto, debet pximo Christianus. Evidē incerta sum, adhuc, vtrū his rebus exemplū dederint, an potius hinc sumpserint, episcopī quidam Germanorū, qui simplicius, etiam omisso cultu, omissis benedictionibus, aliisq; id genū ceremoniis, plane satrapas agūt, adeo vt prope modū ignauit, parumq; decorū episcopo putent alibi, q̄ in acie, fortē animā deo reddere. Iam vero vulgus sacerdotū, nefas esse dicens, a præfūlū suorum sanctimonia degenerare, euge q̄ militariter pro suis decimis, ensibus, iaculis, saxis, omnīq; armorū vi belligerātur, q̄ hic oculati, si quid ex veterū literis possint elicere, quo plebeculā territent, & plusq; decimas deberi cōuincant. At interim nō venit in mētem, q̄ multa passim legan̄ de officio, quod illi visissim præstare populo debebat. Nec saltē admonet eos vertex rafus, sacerdotē omnibus huius mūdi cuspiditatibus, liberū esse oportere, necq; quicq; nisi cœlestia meditari. Sed hoīes suaves, se suo officio probe perfunctos aiūt, si preculas illas suras, vtcūq; per murmurarint, quas me Hercule demiror, si quis deus vel audiat, vel intelligat, cum ipsi nec audiāt, nec intelligant, tū cum eas ore perstrepūt. Verum hoc quidē sacerdotibus est cū prophanis cōmune, vt ad emolumēti messlem vigilentoēs, neq; quisq; ibi leges ignoret. Cæterū si quid sarcinæ, id prudēter in alienos humeros reiſciunt, & aliis alijs tanq; pilā per manus tradūt. Siquidē laici quoq; principes, quemadmodū partes administrādi regni vicariis delegāt, &

# ERASMI.

vicarius item vicario tradit, ita pietatis studiū, plebi  
 modestiae causa relinquunt. Plebs in eos reificit, quos  
 ecclesiasticos vocat, perinde quasi ipsi cum ecclesia  
 nihil oino sit commercij, qsi baptismi votis, nihil pror  
 sus sit actū. Rursum sacerdotes, qui se se vocat secula  
 res, quasi mundo initiati, non Christo, in regulares  
 onus hoc deuoluunt, regulares, in monachos, mona  
 chi laxiores, in arctiores, oēs simul, in mendicantes.  
 Mendicantes in Carthusienses, ap'd' quos solos, sepul  
 ta latet pietas, & adeo latet, vt vix vñq̄ liceat cōspic  
 cere. Itidē pontifices in messe pecuniaria, diligētissi  
 mi, labores illos nimiū apostolicos, in episcopos rele  
 gant, episcopi in pastores, pastores in vīcarios, vica  
 rī in fratres mēdicantes. Hī rursum in eos retrudūt,  
 a quibus ouīt lana tondeat. Verū non est huius in  
 stituti, pontificū ac sacerdotū vitam excutere, ne cui  
 videar Satyram texere, nō Encomiū recitare. Neue  
 quis existimet bonos prīncipes a me taxari, dū mas  
 los laudo. Sed hæc ideo paucis attigi, quo palam fie  
 ret, nullū esse mortalē, qui suauiter viuere possit, nisi  
 meis iniātūs sit sacris, meq̄ propiciā habeat. Nam  
 id quo pacto fieri queat, cū ipsa etiā Rhamnusia re  
 rum humanarū fortunatrix, mecū adeo cōsentiat, vt  
 sapientibus istis semp fuerit inīricissima. Contra  
 Stultis etiā dormientibus, omnia cōmoda adduxerit  
 Agnoscitis Timotheum illū, cui hinc etiā cognomē  
 & prouerbīū ἡ εὐθοντθ κύρτθ αἴγε. Rursum aliud  
 γλαύξ ιπσαγ. Contra in sapientes quadrat illa, ἦ πέρι  
 δημηνδέντες, & equū habet Seianū, & aurum Toloz  
 fanum. Sed desino ταξοιμιάζεδ, ne videar Erasmi  
 mei cōmentaria, suppilasse. Ergo vt ad rē Amat for  
Stultis fortus  
na fauet.  
.i. dormiētes  
rete capit.  
.i. noctua uo  
lat.  
.i. quarta lu  
na natu.  
.i. puerbāri,  
sive prouer  
bijs uti.

## MORIA

tuna parū cordatos. Amat audaciores, & qbus illud  
i om̄is iacta placet, τάξ εργίφω κύεθ. At sapiētia tīmidulos red  
dit. ideoq; vulgo videtis, sapiētibus istis cū pauper  
tate, cum fame, cū fumo, rem esse, neglectos, inglori  
os, inuisos. Stultos affluere nūmis, admoueri Reip.

Ad oīa utilis gubernaculīs, breuiter florere modis oībus. Etem  
or stultitia.

siquis beatū existimet prīcipībus placuisse viris,  
& inter meos illos, ac gēmeos deos versari, quid in  
vtilius sapientia, immo quid apud hoc hoīm genus  
dānatius? Si diuitiæ parandæ sunt, quid tandem lucri  
facturus est negociator, si sapientiā secutus, periuio  
offendet, si in mendacio deprehēsus erubescet, si an  
xios illos de furtis, atq; vsluris sapientum scrupulos,  
vel tantuli faciet. Porro si quis honores, atq; opes  
ambiat ecclesiasticas, ad eas vel asinus, vel bubalus  
cītius penetrabit, q; sapiēs. Si voluptate ducaris, pue  
llæ, maxīa huius fabulæ pars, stultis toto pectore  
sunt addictæ, sapientē haud secus, ac scorpiū horret  
fugiuntq;. Deniq; quicq; Paulo festiuus, ac lātius  
vīuere parant, sapientē in primis excludūt, ac quod  
uīs anīal potius admittunt. Breuiter quoquo te ver  
tas, apud pontifices, prīcipēs, iudices, magistratus  
amicos, hostes, maxīmos, minīmos, oīa presentibus  
nūmis parant. Quos vtī contēnit sapiens, ita illum  
sedulo fugere consueuerūt. Sed cum laudū mearum  
nullus sit modus, nec finis, tamē oratio aliquando  
finē habeat necesse est. Itaq; desinā dicere, sed si pri  
us ostendero paucis, non deesse magnos auctores,  
qui me literis suis pariter, ac factis illustrarint, ne cui  
forte stulte mihi soli videar placere, neue legulei ca  
lumnient, me nihil allegare. Ad ipsorū igitur exem

Laus stult  
tiæ ex auto  
ribus.



# ERASMI.

plūm allegabimus, hoc est, οὐδὲν οὐδὲ τοῦ. Princis. i.nihil aduer  
 pio illud oīibus vel notissimo puerbio persuasum sum.  
 est, vbi res abest, ibi simulationē esse optimā. Eocq;  
 recte statim tradit̄ hic versus pueris. Stultit̄a simu  
 lare loco sapientia summa est. Vos iam ip̄i coniici  
 te, q̄ ingens sit bonū Stultitia, cuius etiā fallax vni  
 bra, & imitatio sola, tantū laudis meretur a doct̄is.  
 Sed multo cādidius pīnguis ille, ac nītidus Epicuri  
 de grege porcus, miscere stultit̄a consiliis iubet, tam  
 etiā breue non admodū scite addidit. Item alibi, Dul  
 ce est despere in loco. Rursum alio in loco mauult,  
 delirus, inersq; videri, q̄ sapere, & ringi. Iam apud  
 Homerum Telemachus quē modis oīibus laudat  
 Poeta, subinde ἡτοῖο appellatur, atq; eodē prāeno .i.paruulus,  
 mīne tanq; fœlicis omīnis, libenter pueros, & adole  
 scentes vocare solent poetæ. Quid autē sacrū Iliadis  
 carmē, nisi Stultorū regum, & populorum continet  
 iras? Porro q̄ absoluta laus illa Ciceronis, Stultorū  
 sunt plena oīa. Quis em̄ ignorat, vñū quodq; bonū  
 quo latius patet, hoc esse præstatiū? Atqui fortassis  
 apud Christianos, horū leuis est autoritas. Proinde  
 sacrarū quoq; literarū testimoniis ( si videtur) laudes  
 nostras fulciamus, siue( vt doct̄i solent) fundemus.  
 Princípio veniā a Theologis præfatae, vt nobis fas  
 esse velint. Deinde quoniā arduā rem aggredimur,  
 & fortassis improbū fuerit denuo Musas ex Helico  
 ne, ad tantū itineris reuocare, p̄sertim cū res sit alie  
 nior, fortasse magis cōueniet optare, vt interim dum  
 Theologū ago, perch has spinas īgredior, Scotti ani  
 ma paulisper ex sua Sorbona, in meū pectus demis  
 gret, quouis histrice, atq; Erinaceo spinosior, moxq;

h

## MORIA

.i.in coruos,  
hoc est,in ma  
lam rem.

remigret quo lubebit vel *te nō gaudet*. Utinam & vu  
tum aliū liceat sumere,& ornatus adsit theologicus.  
Verū illud interīm vereor , ne quis me furti ream a  
gat,quasi clanculum Magistrorum nostrorū scrinia  
cōpilauerim,quæ tantū rei theologicæ teneam. Sed  
non adeo mirū videri debet, si tam diutina ( quæ mi  
hi arctissima est) cū theologis consuetudine,nō nihil  
arripi. Cum ficulnus etiā ille deus Priapus,nō nul  
las græcas voces,legente domino subnotarit tenues  
ritq;. Et gallus lucianicus longo hominū conuictu  
sermonem humanū expedite calluerit . Sed iam ad  
rem bonis auib<sup>o</sup>. Scripsit Ecclesiastes capite primo.  
Stultorū infinitus est numerus.Cum numerū prædi  
cat infinitū,nōne mortales vniuersos cōplecti vides  
tur, p̄ter pauculos aliquot, quos haud scio, an cuiq;  
videre cōtigerit? Sed magis īgenue confiteſ hoc Hie  
remias, capite decimo. Stultus inquiēs,factus est oīs  
homo a sapientia sua. Soli deo tribuit sapientiā,vnī  
uersis hoībus stultitiā relinquens. Ac rursum Paulo  
superius,ne glorietur homo in sapientia sua.Cur non  
vis hominē in sua sapientia gloriari optime Hieres  
mias Nimirū inquiet ob id, quia non habet sapien  
tiā. Sed ad ecclesiasten redeo. Hūc cum exclamat  
vanitas, vanitatū,& omnia vanitas,quid aliud sens  
sisse creditis, nisi( quemadmodum diximus )vitam  
humanā,nihil aliud q̄ stultitiæ ludicrū esse.Nimirū  
Ciceronianę laudi albū addentē calculū,cuius opti  
mo iure,celebrat illud. Stultorū plena sunt oīa.Rur  
sum sapiēs ille ecclesiasticus,q̄ dixit stultus mutatur  
vt Luna,sapiens permanet vt Sol,quid aliud innuit  
nisi mortale genus oīe stultū esse, soli deo sapientis

# ERASMI.

nomē competere? Siquidē Luham, humānā naturā  
 interpretant. Solem oīs luminis fontē, deum. Huic  
 astipulatur quod ipse Christus in euangelio negat,  
 quenq; appellandū bonum, nī deū vnum. Porro si  
 stultus est, quisquis sapiens non est, & quisquis bos-  
 nus, idē sapiens, autoribus Stoicis, nimīrū mortales  
 om̄eis, stultitia complecta, necessum est. Iterū Salo-  
 mon, capite decimoquinto. Stultitia (inquit) gaudiū  
 stulto, videlicet manifeste cōfitens, sine stultitia nī  
 hil in vita suave esse. Eodem pertinet illud quoq;  
 Qui apponit scientiā, apponit dolorem, & in multo  
 sensu, multa indignatio. At non idem palā confiteſ,  
 egregius ille concionator, capite septimo. Cor sapientiā  
 vbi tristitia est, & cor stultorū, vbi lētitia. Eoq;  
 non satis habuit, sapientiā perdiscere, nī nisi nostri quo  
 q; cognitionē addidisset. Quod si mihi parum habe-  
 tur fidei, ipius accipite verba, quae scripsit capite pri-  
 mo. Dediq; cor meū, vt scirem prudentiā, atq; doctrinā,  
 erroresq; et stultitiā. Quo quidē loco illud animo  
 aduertendū, ad stultitiæ laudē pertinere, quod eam  
 posteriore posuit loco. Ecclesiastes scripsit, & hunc  
 scitis esse ordinē Ecclesiasticū, vt qui dignitate pris-  
 mus sit, is locum obtineat extremū, vel hīc certe mes-  
 mor Euangelici præcepti. Sed stultitiā præstantiore  
 esse sapientia, & Ecclesiasticus ille, quisquis fuit, lis-  
 quido testat, capite quadragesimo quarto, cuius me-  
 hercle verba, non prius proferam, q̄ *εισαγωγὴ μέα*  
 cōmoda responsione adiuueritis, vt faciūt apud Pla-  
 tonē hi, qui cum Socrate disputant. Vtra magis con-  
 uenit recondere, quae rara sunt & præciosa, an quae  
 vulgaria viliaq; Quid tacetis? Etiā si vos dissimule-

*i.inductionē  
quae genus ē  
argumenta-  
tionis.*

h ij

## MORIA

.i. in ostiis hy  
driam.

tis, prouerbium illud græcorū, pro vobis responderet,  
τίνεται θύγατρις ἀδρέα, quod ne quis impie reiciat, refert Aristoteles, magistrorū nostrorū deus. An quisq; vestrū tam stultus est, vt gēmas & aurū in via relinquit, nō hercle opinor. In abditissimis penetralibus nec id satis, in munitissimorū scriniorū, secretissimis angulis, ista reponit, cœnū in propatulo relinquitis. Ergo si quod preciosius est, recondit, quod vilius exponitur, nōne palā est, Sapientiā quam vetat abscondi, viliore esse stultitia, quā recondi iubet. Iam ipius testimonij verba accipite, Melior est homo qui abscondit stultitiā suam, q̄ homo, qui abscondit sapientiā suam. Quid quod animi quoq; candore, diuinæ literæ stulto tribuit, cum sapiens interim, nemine sui simile putet. Sic em̄ intelligo, id quod scribit Ecclesiastes, capite decimo. Sed & in via stultus ambulās, cum ipse insipiens sit, omnes stultos existimat. An non istud eximiū cuiusdam candoris est, omnes equare tibi ipsi? Cunq; nemo nō magnifice de se sentiat, omnibus tamē tuas cōmunicare laudes? Proinde nec puduit tantum regem huius cognomis, cum ait capite tricesimo, Stultissimus sum viorum. Necq; Paulus ille magnus gentiū doctor Corinthiis scribens, stulti cognomē illibenter agnoscit, vt insipiens inquit, dico, plus ego, perinde quasi turpe sit vinci stultitia. Sed interim obstrepunt mihi Græculi quidam, qui tot huius temporis Theologorū, ceu Cornicū oculos, student cōfigere, dum annotationes suas, veluti fumos quosdā, aliis offundunt, cuius gressis si non Alpha, certe Beta, meus est Erasmus, quē ego səpīus, honoris causa nomino. O vere stultam

47

## ERASMI.

inquiunt, & ipsa dignam Moria citationē longe dis  
uersa mens apostoli, q̄ tu somnias. Nec em̄ hoc agit  
his verbis, vt cæteris stultior haberetur, verū cum di  
xisset ministri Christi sunt, & ego, seq̄ velut iacta  
bundus in hac quoq̄ parte æquasset ceteris, per cor  
rectionē adiecit, plus ego. Sentiens se non modo pa  
rem reliquis apostolis in euāgelij ministerio, verum  
etiam aliquanto superiorē, Idq̄ cum ita verum videri  
vellet ne tamē vt arrogatiū dicitū offenderet aures,  
præmuniūt, stultitiae p̄textu. Ut minus sapiens dico,  
propterea quod sciret esse stultorū priuilegiū, vt soli  
verū citra offensam proloquant. Verū quid Paulus  
senserit, cū hæc scriberet, ipsiis disputandū relinquo.  
Ego magnos pingues, crassos, & vulgo p̄batissimos  
Theologos sequor. Cum quibus magna pars docto  
rum errare, vñ τὸν δία malit, q̄ cum istis trilinguis .i. per Iouem.  
bene sentire. Necq̄ quisq̄ illorū, græculos illos pluris  
facit, q̄ graculos. Præsertim, cum quidam glorioſus  
Theologus, cuius ego nomē prudens suprīmo, ne  
graculi nostri cōtinuo græcū in illum scōma iacent  
οὐ θάνατος, magistraliter & theologaliter hunc pas  
sum enarrās, ab hoc loco, vt minus sapiēs dico, plus  
ego, nouū facit caput, & quod absq̄ summa dialecti  
ca non poterat, nouā addit sectionē, ad hunc inter  
pretans modū, adducam em̄ ipsius verba, nō solum  
in forma verū etiam in materia. Ut minus sapiēs dī  
co, id est, si videor vobis insipiens, me pseudaposto  
lis adæquādo, adhuc videbor vobis minus sapiens  
me eis præferendo. Quanq̄ idem paulo post, velut  
oblitus sui, alio delabit. Sed cur anxie me, vnius ex  
emplo tueor. Cum hoc publicū ius sit theologorum  
h iii

.i. asinus ad  
lyram.

## MORIA

cœlum, hoc est, diuinā scripturam, ceu pellem exten-  
dere. Cum apud diūnū Paulum pugnent diuinæ scri-  
pturæ verba, quæ suo loco, non pugnāt. Si qua fides  
i. quinq̄lin: illi ἀεταγλώπω Hieronymo, cū Athenis forte con-  
gui.

spectū aræ titulū, torqueret in argumentū fidei Chri-  
stianæ. Ac cæteris omissis, quæ causæ fuerant offe-  
ctura, duo tantū extrema verba decerpserit, nempe  
hæc, ignoto deo, atq; hæc quoq; nō nihil inmutata,  
si quidē integer titulus sic habebat, Diis Asie, Euro-  
pæ, & Africæ, diis ignotis, & peregrinis. Ad huius

i. Theologo opinor exemplū passim iam, oī θῶν δεολόγωμ παιδι-  
rum filij.

hinc atq; huic reuulsa, quattuor aut quinq; verbula,  
& si quid opus est, etiā deprauata, ad suam accōmo-  
dant vtilitatē, licet ea quæ p̄cedunt, & consequuntur,  
aut nihil oīno faciant ad rem, aut reclament quoq;. Quod quidē faciunt tam fœlici impudētia, vt s̄pē numero, theologis inuideāt iureconsulti. Quid em̄ illis iā non succedat, postea q̄ magnus ille (pene no-  
men effutuerā, sed rursus metuo græcū proverbiū) ex Lucæ verbis, sententiā expresserit, tam consentas  
neam anio Christi, q̄ igni cum aqua cōuenit. Etem̄  
cum imineret extremū periculum, quo tēpore solent  
boni clientes, maximē suis adesse patronis, & quāta  
valent ope συμμαχεῖ, Christus hoc agens, vt omnē  
i. aliis in bel-  
lo adesse.  
huiusmodi presidior̄ fiduciam, eximeret ex animis  
suorū, percontatus est eos, nūquid rei defuisset vſq;, cū illos emisisset adeo non instructos viatico, vt nec  
calceis muniret, aduersus spinarū et saxorum iniurias,  
nec perā adderet, aduersus famē. Vbi negassent,  
defuisse quicq; adiecit. Sed nunc, inquit, qui habet  
sacculū, tollat, similiter & peram, & qui non habet,

# ER ASMI.

vendat tunicā suam, & emat gladiū. Cum tota Chri  
 sti doctrīna, nihil aliud īculcet, q̄d mansuetudinē,  
 tolerantīa, vītæ contemptū, cui non perspicuum sit,  
 quid hoc loco sentiat, Nempe vt magis etiā exarmet  
 suos legatos, vt non tantū calceos negligant & perā,  
 verum & tunicā īsuper abīsciant, nudiq̄z et prorsus  
 expediti, munus euangelicū aggredianē, Nihil sibi  
 parent, nisi gladiū, non istum quo grassant latrones  
 & parricidæ, sed gladium sp̄iritus, ī intīmos quoq̄z  
 pectoris sinū penetrantē, qui semel affectus oīneis  
 sic amputat, vt nihil iam illis cordī sit, pr̄eter pietas  
 rē. At videte quā so, quorsum hæc torqueat, celebris  
 ille Theologus. Gladiū interpretatur defensionē ad  
 uersus persecutionē, Sacculū sufficientem cōmeatus  
 prouisionē, Perinde quasi Christus cōmutata in dī  
 uersum sentētia, quod oratores suos parū *βασιλικῶς*  
 instructos emisissē videreſt, superioris institutionis  
 Palinodiā canat, Aut velut oblitus, qđ dixerat, bea  
 tos fore, cum probris, cōtumeliis, & suppliciis afflī  
 gerent, prohibens ne quādo resisterent malo, mites  
 enim beatos esse, non feroceſ, oblitus, quod illos ad  
 passerū, & liliorum exemplū vocarit, nunc adeo nos  
 luerit eos absq̄z gladio proficisci, vt vel tunica diuen  
 dita iubeat emi, malitq̄z nudos ire, q̄d non accinctos  
 ferro, Ad hæc quēadmodū gladij noīe contineri pu  
 sat, quicquid ad depellendā vīm pertinet, ita marsu  
 pī titulo complectī, quicquid ad vītæ pertinet ne  
 cessitatē. Atq̄z ita diuinæ mētis interpres, apostolos  
 lanceis, balistis, fundis, & bombardis iſtructos edus  
 cit ad pr̄edicationē crucifixi, Loculis item, vīdulīs,  
 & sarcinīs onerat, ne forte non liceat illis e diuersos

.i. regaliter &  
magnifice.

## MORIA

rio discedere, nisi impransis. Nec vel illud cōmouit  
hoīem, quod ensem, quē tantopere iusserat emi, mox  
idem obūrgās iubeat recondi, quodq; nunq; fando  
sit auditū, apostolos ensibus aut clypeis vlos aduers  
sus vim ethnīcorū, vtq; vlsuros, si Christus hoc sen  
sisset, quod hic interpretat. Est alius, quem honoris  
causa non nomino, haud quaq; postremi nominis,  
qui e tentoriis, quorū meminīt Habacuck, turbabū  
tur pelles terre Madian, pellem fecerit Bartholomei  
excoriatī. Ipsa nuper interfui dissertationi theologiz  
cæ, nam id facio frequenter, Ibi cum quispiā exigeret  
quaē tandem esset diuinarū literarū autoritas, quaē iu  
beret hæreticos incendio vincī, magis q; disputatio  
ne reuincī, Senex quidā seuerus, & vel superciliosus  
theologus, magno stomacho respondit, hanc le  
gem tulisse Paulum apostolū, qui dixerit, hæreticū  
hoīem post vnam & alterā correptionē deuita, Cūq;  
ea verba identidē intonaret, & plærīq; demiraretur  
quid accidisset homini, tandem explanauit, de vita  
tollendū hæreticum, Risere quidā, nec deerant tamē  
quibus hoc cōmentum plane theologicū videretur,  
cæterum reclamātibus etiānum nōnullis, successit,  
.i. Tenedius  
patronus.

περὶ Θ., quod aiunt, σωγός Θ., & Autor irrefraga  
bilis. Accipite rem, inquit, Scriptum est maleficū ne  
patiaris vivere. Omnis hæreticus maleficus, ergo &c.  
Mirari quotquot aderant, hoīs ingenium, & in eam  
sententiā itum est pedibus, et quidē peronatis. Neq;  
cuiq; venit in mentem, legem eam, ad sortilegos &  
incātatores, ac magos attinere, quos Hebræi sua lin  
gua vocant θεοφάνη. Alioqui fornicationē & ebrie  
tatem, capite punire oportuit. Verum hæc stulte per

.i. magicos.

## ERASMI.

sequor, tā innumera, vt nec Chrysippi, nec Didymi  
 volumīnibus om̄ia comprehēdī possint. Illud duns  
 taxat admonitos volebā, cum hæc diuinis illis mas  
 gistris līcuerint, mihi quoq; , plane συκίνη δεολόγω,  
 par est dare veniā, si minus oīa ad amūssim citauero  
 Nunc tandem ad Paulum redeo, Libenter, inquit, fer-  
 tis insipientes, de se se loquens. Et rursus, velut insi-  
 pientē accipite me. Et nō loquor secundū deum, sed  
 quasi in insipientia, Rursus alibi . Nos inquit stulti  
 propter Christum. Audistis a quāto autore, quanta  
 stultitiae prēconia. Quid quod idem palā stultitiam  
 præcipit, vt rem in primis necessariā, & oppido salu-  
 tarem. Qui videſt esse sapiens inter vos, stultus fiat,  
 vt sit sapiens. Et apud Lucam duos discipulos, qui  
 bus se iunxerat in via, Iesus stultos appellat. Illud  
 haud scio an mīrū videatur, cum deo quoq; nō nihil  
 stultitiae tribuit, diuinus ille Paulus. Quod stultum  
 est inquit dei, sapientius est hoībus. Porro Origenes  
 interpres obſiſtit, quo minus hanc stultitiā ad hoīm  
 opinōne possis referre. Quod genus est illud, verbū  
 crucis pereuntibus quidē stultitiā. Sed quid ego fru-  
 stra anxia, tot testimoniis hæc docere pergo, cum in  
 psalmis mysticis palam ipse Christus loquaf patri.  
 Tu scis insipientiā meam? Nec yō temere est, quod  
 deo stulti tam īpense placuerūt. Opinor propterea  
 quod quemadmodū summi principes nimiū corda-  
 tos suspectos habent, & inuisos, vt Iulius Brutū &  
 Cassium, cum ebrium Antoniū nihil metueret, vtq;  
 Nero Senecā, Dionysius Platōnē, Contra crassiori-  
 bus, ac simplicioribus ingeniis delectantur, itidem  
 Christus σόφους istos suæq; nitentes prudētiæ, semz . i. Sapientes.

i. sicutnæ  
dicologo.

## MORIA

per detestat̄, ac dānat. Testatur id Paulus haud quā  
q̄ obscure cū ait. Quæ stulta sunt mādi, elegit deus,  
cunq̄ ait deo visum esse, vt per stulticiā seruaret mun-  
dū, quandoquidē per sapientiā restituī non poterat.  
Quin ipse idē satis indicat clamās per os prophetā,  
Perdam sapientiā sapientiū, & prudentiā prudentis  
um reprobabo. Rursum cū agit gratias, quod salu-  
tis mysteriū cælasset sapientes, paruulis aut̄, hoc est  
.i. paruulis u&  
infantibus.  
.i. sapiētibus.  
.i. ouis mo-  
res.

stultis aperuisset. Nam græce p̄ paruulis est *vivitiois*,  
quos opposuit *σοφοῖς*. Huc pertinet quod passim in  
euangelio Pharizeos & scribas, ac legū doctores in-  
cessit, vulgus indoctū sedulo tuetur. Quid em̄ aliud  
est, v̄æ vobis scribæ & Pharizei, q̄ v̄æ vobis sapien-  
tes? At paruulis, mulieribus, ac p̄scatoribus potissi-  
mū delectatus esse videt. Quin & ex animantiū bru-  
torū genere, ea potissimum placent Christo, quae a vul-  
pina prudētia, q̄ longissime absunt. Eoc̄ asino mas-  
luit insidere, cū ille ( si libuisset ) vel leonis tergū im-  
pune potuisset p̄mtere. Ac sp̄ritus ille facer in colum-  
bae specie delapsus est, non aquile aut milui. Præte-  
rea ceruorū hinulorum, agnorū crebra passim in di-  
uinis literis mētio. Adde quod suos ad īmortalē vis-  
tam destinatos oues appellat. Quo quidē animante  
nō est aliud insipientius vel Aristotelico prouerbio  
teste *προσέτρον θεόν*, quod quidem admonet ab eius  
pecudis stoliditate sumptum in stupidos, & bardos  
cōuicij loco dici solere. Atqui huius gregis Christus  
se se pastorē profitef. Quinetiā ipse agni noīe delecta-  
tus est indicante eum Ioanne. Ecce agnus dei, cuius  
multa fit, & in Apocalypsi mētio. Hæc qd aliud cla-  
mitant, nisi mortaleis om̄eis stultos esse, etiam pios;

## ERASMI.

Ipm quoq; Christū, quo nostræ stultitiæ subueniret,  
 cū esset sapientia patris, tamē quodāmodo stultū esse  
 factū, cum hois assumpta natura, habitu inuētus est  
 vthomo, quē admodū & peccatū factus est, vt pecca-  
 tis mederet. Neq; alia ratione mederi voluit, q; per  
 stultitiam crucis, per apostolos idiotas, ac pingues.  
 Quibus sedulo stultitiā p̄c̄pit, a Sapientia deter-  
 res, cū eos ad puerorū, liliorū, Sinapis & passercu-  
 lorū exemplū prouocat, rerū stupidarū, ac sensu ca-  
 rentiū, soloq; naturæ ductu, nulla arte, nulla sollici-  
 tudine vitā agentiū. Præterea cū vetat esse sollicitos,  
 qua essent apud præsides oratione vsuri, cūq; inter-  
 dicit, ne scrutent tempora, vel momēta temporū, vi-  
 delicet, ne quid fideret suæ prudentiæ, sed totis anis-  
 mis ex se penderet. Eodem p̄tinet, quod deus ille or-  
 bis architectus interminat, ne quid de arbore sciens-  
 tiæ degustarēt, perinde quasi scientia fœlicitatis sit  
 venenū. Quanq; Paulus aperte scientiā, veluti infla-  
 tem, & perniciosa m̄probat. Quē diuus Bernar-  
 dus, opinor secutus montē eū in quo lucifer sedē sta-  
 tuerat, Scientiē montē interpretat, Fortasse nec illud  
 omittendū videatur argumentū, gratiosam esse ap̄d  
 superos stultitiā, quod huic soli dat̄ erratorū venia,  
 sapienti nō ignoscit, vnde qui veniā orant, etiā si pru-  
 dentes peccauerint, tamē stultitiæ pretextu patrocis-  
 nioq; vtuntur. Nam sic Aaron vxoris poenā depre-  
 catur in numerorū, si satis cōmeminilibris. Obsecro  
 domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod  
 stulti cōmīsimus. Sic & Saul apud Dauid culpā des-  
 precat. Apparet em̄ inquiens qd stultū egerim. Rur-  
 sum ipse Dauid ita blāditur dño, Sed precor dñe, vt

i ij

## MORIA

trāſſeras iniqūitatē serui tui, quia stulte egimus, per  
inde quasi non impetraturus veniā, nisi stultitiae &  
inſcītiā obtruderet. Sed illud acrius vrget, qd Chriſ-  
ſtus in cruce, cū oraret pro suis inimicis, Pater igno-  
ſce illis, non alſa prætexuit excuſationē, quā impru-  
dentiæ, quia nesciūt inquit, quid faciant. Ad eundē  
modū Paulus ſcribens, ad Timotheū, Sed ideo mi-  
ſericordiā dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in  
incredulitate. Quid est, ignorans feci, niſi per stultis-  
tiam feci, non malitiā. Quid est, ideo miſericordiam  
conſecutus ſum? Niſi non conſecuturus niſi stultitiae  
patrocinio cōmendatus, pro nobis facit et myſticus  
ille psalmographus, qui ſuo loco non veniebat in  
mentē, delicta iuuētutis meæ, et ignoratiās meas, ne  
memineris. Audistis quæ duo prætexat, nimirū aetas  
tem cui ſemp comes eſſe ſoleo, & ignorantias, idqz  
numero multitudinis, vt in gente stultitiae vim intel-  
ligeremus. Ac ne quæ ſunt inſinīta, perfequar, vtqz  
ſummatim dicam, videtur oīno Christiana religio,  
quandā habere cum stultitia cognitionē, minimeqz  
cū ſapienția cōuenire, Cuius rei ſi defyderatis argu-  
menta, primū illud animaduertite pueros, ſenes, mu-  
lieres, ac fatuos ſacrīs ac religioſis rebus præter ce-  
ros gaudere, eoqz ſemp altaribus eſſe proximos, solo  
nimirū naturæ impulsū. Præterea videtis primos  
illios religionis autores, mire ſimplicitatē amplexos  
acerrimos literarū hostes fuiffe. Poſtremo nulli Mo-  
riones magis desipere videntur, qz hi, quos Christia-  
nae pietatis ardor ſemel totos arripiuit. Adeo ſua pro-  
fundunt, iniurias negligunt, falli ſeſe patiunt, inter  
amicos & inimicos nullū diſcrimen, voluptatē hor-

## ERASMI.

rent, inedia, vigilia, lachrymis, laboribus, cōtumelis  
 is saginant, vitam fastidiū morte vnicē optant. Bre  
 uiter ad oēm sensum cōmunem prorsus obstupuisse  
 vident, perinde quasi alibi vivat animus, non in suo  
 corpore. Quod quidem quid aliud est, q̄ insaniare  
 Quo minus mirū videri debet, si apostoli multo te-  
 mulenti sunt visi. Si Paulus iudicii Festo visus est in  
 sanire, Sed posteaq; semel τὸν λεοντὸν induimus, a. i. leonis exer-  
 ge doceamus, & illud, fœlicitatē Christianorū, quā uium.  
 tot laboribus expetunt, nihil aliud esse, q̄ insaniæ,  
 Stultitiaeq; genus quoddam. Absit inuidia verbis.  
 Rem ipam potius expedite. Iam primū illud prope  
 modū Christianis conuenit cum Platonicis. Animū  
 immersum, illigatūq; esse corporeis vinculis, huius  
 q̄ crassitudine ppediri, quo minus ea, quæ vere sunt  
 contēplari, fruiq; possit. Proinde philosophiam defi-  
 nit esse mortis meditationē, quod ea mentē a rebus  
 visibilibus, ac corporeis abducat, quod idem vticq;  
 mors facit. Itaq; q̄ diu animus corporis organis pro-  
 be vtitur, tam diu sanus appellat. Verum vbi ruptis  
 iam vinculis, conat in libertatē asserere se, quasicq;  
 fugam ex eo carcere meditat, tum insaniā vocat. Id Exaltis.  
 si forte contingit, morbo, vītioq; organorū, prorsum  
 oīm consensu insanīa est. Et tamē hoc quoq; genus  
 hoīm videmus futura prædicere, scire linguas, ac li-  
 teras, quas antea nunq; didicerant, et oīno diuinum  
 quiddā p̄ se ferre. Neq; dubiū est id inde accidere,  
 quod mens a contagio corporis paulo liberior incis-  
 pit, natuā sui vīm exercere. Idem arbitror esse in cau-  
 sa, cur laborantibus vicina morte simile quiddā so-  
 leat accidere, vt tanq; afflati prodigiosa quedam lo-

i iii

## MORIA

Specus  
Platonicus

quant. Rursum si id eveniat studio pietatis, fortasse non est idem insaniæ genus, sed tamē adeo confine, vt magna pars hominum meram insaniam esse iudicet, præser tim cū pauculi hominum cōtiones ab vniuerso mortalium cōetu, tota vita dissident. Itaque solet iis vnuuenire, quod iuxta Platonicū fīgmentū opinor accidere iis qui in specu vincit, rerū umbras mirant, & fugitiuo illi, qui reuersus in antrū, veras res vidisse se prædicat illos longe fallit, qui præter miserias umbras nihil aliud esse credant. Etem sapiens hic cōmiserat, ac deplorat illorū insaniam, qui tanto errore teneant. Illi vicissim illū, veluti delirantē rident, atque eiiciunt. Iti dem vulgus hominum ea, quae maxime corporea sunt, maxie miratur, eaque propesola putat esse. Contra pī quo quicquid proprius accedit ad corpus, hoc magis negligunt, totique ad inuisibiliū rerum cōtemplationē rapiunt. Nam isti primas partes tribuit diuinitiis, proximas corporis cōmodis, postremas anno relinquit, quē tamen plerique nec esse credunt, quia non cernatur oculis. Ediuerso illi primū in ipm deum rerū omnium simplicissimum toti nitunt, secundū hunc, & tamē in hoc, quod ad illum, quod proxime accedit, nempe animum corporis curā negligunt, pecunias ceu putamnia prorsus aspernant, ac fugitant. Aut si quid huius modi rerū tractare cogunt, grauatim, ac fastidienter id faciunt, habent tanque non habentes, possident tanque non possidentes. Sunt & in singulis rebus gradus multū inter istos diuersi. Princípio sensus tamē omnes cū corpore cognitionē habent, tamē quidam sunt ex his crassiores, vt tactus, auditus, visus, olfactus, gustus. Quidam magis a corpore semoti, veluti



# ERASMI.

memoria, intellectus, voluntas. Igitur ubi se intenderet animus, ibi valet. Pij quoniam omnis animi vis ad ea contedit, quae sunt a crassioribus sensibus alienissima, in his velut obbrutescunt, atque obstupescunt. Contra vulgus in his plurimis valet, in illis quam minimum. Inde est, quod audimus, nonnullis diuinis visis accidisse, ut oleum vini loco biberint. Rursum in affectibus animi, quidam plus habent cum pingui corpore commerci, veluti libido, cibi, somniisque appetencia, iracundia, superbia, inuidia. Cum his irreconciliabile bellum prius. Contra vulgus sine his vitam esse non putat. Deinde sunt quidam affectus mediis, quasi naturales, ut amor patris, charitas in liberos, in parentes, in amicos. His vulgus non nihil tribuit. At illi hos quoque student ex animo reuellere, nisi quatenus ad summam illam animi partem assurgant, ut iam parente ament non tanquam parentem. Quid enim ille genuit, nisi corpus? quanquam hoc ipsum deo parenti debetur sed tanquam virum bonum, & in quo luceat imago summam illius metis, quam unum summum bonum vocant, et extra quam nihil, nec amandum, nec expetendum esse praedicatur. Hac eadem regula reliqua, item opera vitae officia metiuntur, ut ubique id quod visibile est, si non est oculo conteneundum, tamquam longe minoris faciant, quae videbiri nequeunt. Aiunt autem & in sacramentis, atque ipsis pietatis officiis corpus & spiritum inueniri. Velut in ieunio non magni ducunt, si quis tantum a carnibus, cenacque abstineat, id quod vulgus absolutum esse ieunium existimat, nisi simul & affectibus aliquid adimit, ut minus permittat iraque soleat, minus superbie. Utque ceu minus iam onustus mole cor

i iiiij

## MORIA

porea spiritus, ad cœlestium honorū gustum, fruitio  
nemq; enitatur. Similiter & in Synaxi tametsi non  
est aspernādum, quod ceremoniis geritur, tamen id  
per se, aut parū est conducibile, aut etiā pernitiosum,  
nisi id quod est spiritale accesserit, nempe hoc quod  
signis illis visibilibus representantur. Representatur au-  
tem mors Christi, quā domitis, extinctis, quasiq; se-  
pultis corporis affectibus, exprimere mortales opor-  
tet, vt in nouitatē vīta resurgent, vtq; vnū cum illo,  
vnū item inter se fieri queant. Hæc igitur agit, hæc  
meditat ille pius. Contra vulgus sacrificiū nihil aliud  
esse credit, q̄ adesse altaribus, idq; proxime, audi-  
re vocum strepitū, aliasq; id genus ceremonias spe-  
ctare. Nec in his tantū quæ dūtaxat exempli gratia  
proposuimus, sed simpliciter in omni vita refutit ab  
his, quæ corpori cognata sunt, ad æterna, ad inuisi-  
bilia, ad spiritualia rapit. Proinde cū summa sit inter  
hos & illos oībus de rebus dissensio, sit, vt vtricq; al-  
teris insanire videant. Quanq; id vocabulū rectius  
in pios competit, q̄ in vulgus, mea quidē sententia.  
Quod quidē magis perspicuū fiet, si (quemadmodū  
pollicita sum) paucis demōstraro, summū illud præ-  
mitū nihil aliud esse, q̄ insanīā quandā. Prīmū igitur  
existimare Platonē tale quiddā iam tum somniasse  
cum amantiū furorem, oīm fœlicissimū esse scribe-  
ret. Etenī qui vehementer amat, iam non in se viuit,  
sed in eo, quod amat, quoq; longius a seipso digredi-  
tur, & in illud demigrat, hoc magis ac magis gau-  
det. Atq; cū animus a corpore peregrinari meditat,  
neq; probe suis vtitur organis, istud haud dubie fur-  
tore recte dixeris. Alioqui qd sibi vult, quod vulgo

## ERASMI.

etiā dicunt. Non est apud se. Et ad te redi. Et sibi redit  
 ditus est. Porro quo amor ē absolutior, hoc furor est  
 maior, ac fœlicior. Ergo quæ nam futura est illa cœs  
 litum vita, ad quā pię mētes tanto studio suspirant:  
 Nempe sp̄ritus absorbebit corpus, vtpote vīctor ac  
 fortior. Idq; hoc faciet facilius, partim quod iam ve  
 lut in suo regno est, partim quod iā olim in vita cor  
 pus, ab huiusmodi transformationē repurgarit, atq;  
 extenuarit. Deinde sp̄ritus a mēte illa summa mire  
 absorbebit, quippe infinitis partibus potentiore. Ita  
 vt iam totus homo extra se futurus sit, nec alia ratio  
 ne fœlix futurus, nisi quod extra se positus, paties  
 tur quiddā ineffabile a summo illo bono, oīa in se se  
 rapiente. Iam hæc fœlicitas q̄q; tum demū perfecta  
 contigit, cū animi receptis pristinis corporibus im  
 mortalitate donabunt, tamen quoniā piorū vita, nī  
 hil aliud est, q̄ illius vitæ meditatio, ac velut vmbra  
 quedā, fit vt præmij quoq; illius aliquādo gustū aut  
 odorē aliquē sentiant. Id tametsi minutissima quedā  
 stillula est ad fontē illū æternæ fœlicitatis, tñ longe  
 supat vniuersas corporis voluptates, etiā si oēs oīm  
 mortalitū delitiæ in vnu conferant. Vscadeo p̄stant  
 sp̄iritalia corporalibus, inuisibilia visibilibus. Hoc  
 nimirū est, quod pollicet propheta, oculus nō vidit,  
 nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascendit, quæ p̄pa  
 rauit deus diligētibus se. Atq; hæc est Moriæ pars,  
 quæ nō aufertur cōmutatione vitæ, sed perficit. Hoc  
 igit̄ quibus sentire licuit (contingit aut per paucis) ij  
 patiunt quiddā demetiæ simillimū, loquunt quedā  
 nō satis coherentia, nec humano more, sed dant sine  
 mēte sonū, deinde subinde totā oris speciem vertūt,

## MORIA

Nunc alacres, nunc deiecti, nūc lachrymant, nūc rident, nūc suspirant, in summa vere toti extra se sunt. Mox vbi ad se se redierint, negāt se scire, vbi fuerint, vtrū in corpore, an extra corpus, vigilātes, an dormientes, qd audierint, quid viderint, qd dixerint, quid fecerint, nō meminerūt, nisi tanq̄ per nebulā, ac somniū, tantū hoc sciūt, se fœlicissimos fuisse, dū ita desi perent. Itaq; plorāt se resipuisse, nihilq; oīm malint q̄b̄ hoc insanīæ genus perpetuo insanīre. Atq; hec est futuræ fœlicitatis tenuis quedā degustatiūcula. Verē ego iādudū obliita mei ὑπὲς τὰ ἐσκαμμένα περιττά. Quā q̄b̄ siquid petulātius aut loquaciūs a me dictū videbitur, cogitate & stultitiā, & mulierē dixisse. Sed interim tñ meminerit illius Græcanici puerbi, πολλάκις μίτοι οὐδὲ μωρός ἀνὴρ κατακαιριοῦ θιπερ. Nisi forte putatis hoc ad m̄lieres nihil attinere. Video vos epilogū expectare, sed nīmī desipitis, siqdē arbitramini me qd dixerim etiādū meminisse. Cū tantā verborū faraginē effuderim, Vetus illud, μισθὸν μνάμονα συμπόταρ. Nouū hoc, μισθὸν μνάμονα ἀκροατῶν. Quare valete plaudite, viuite, bibite, Moriae celeberrimi Mystæ.

ΜΩΡΙΑΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ. Fœliciter absolutum,

.I. ultra septa  
transilio.

Sepe etiā &  
stultus fuit  
oportuna lo-  
cutus.


Odi memo-  
rem compo-  
torem.

Odi memo-  
rem auditio-  
rem.

Argentorati ex Aedibus Schurerianis  
Mense Nouembri. Anno a Chri-  
sto nato. M. D. XIII.

REGNANTE IMP. CAES.  
MAXIMILIANO PIO  
FOELICI AVG.





Biret Dier  
precomūrb  
eas aditiois  
kate.

